00079955

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 02 July, 2018




GEOGRAPHIÆ VETERIS SCRIPTORES GRÆCI MINORES.

54 846 79955

Accedunt Geographica Arabica &c.

VOL. III.

Q. f. 3.



OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO, MDCCXII

Ordo Contentorum.

1. Excerpta è *Dionyſio Byzantio.*

2. Deſcriptio *Ponti Euxini.*

3 Excerpta ex *Cryſococca.*

4. *Ptolemæi* Tabula urbium inſignium.

5. *Anonymi* Expoſitio totius Mundi.

6. Variæ Lectiones *Geographi Ravennatis.*

7. *Ptolemæi* Arabia.

8. *Abulfedæ* Deſcriptio Choraſmiæ &c.

9. *Abulfedæ* Arabia.

10. Tabulæ Geographicæ *Naſſir Eddini* & *Ulug Beigi.*

11. Catalogus Fixarum Stellarum *Ptolemaicus.*

00079955



Clariſſimo Viro
L. ANT. MURATORIO,
SERENISSIMO DUCI *MUTINENSI*
A BIBLIOTHECA.

CUM antea tibi ex ingenii tui monumentis & hominis mihi amiciſſimi ſermone plurimum tribuebam, ac te, quem nunquam vidi, colere tamen & diligere cœperam; tum vero ut accepi literas tuas humanitate pariter ac doctrina pleniſſimas, ex quibus te res noſtras è longin-

quo reſpicere intellexi; dici vix poteſt, quantum ad meum de te judicium, quantum etiam ad amorem acceſſerit. Nam magis adhuc perſpectam habui doctrinæ tuæ excellentiam, atque expreſſam quaſi in tabula virtutis tuæ indolem præclaram: quam intuens ita eram incenſus, ut ſtatuerim aliquod voluntatis in te meæ teſtimonium quamprimum dare; quo tibi innoteſceret, te nec in immemorem nec ingratum ulla collaturum eſſe beneficia, meque modis omnibus operam daturum ut opinioni tuæ officia mea reſpondeant. Quam ob rem volui ut ad te recta contenderent hæ veteris Geographiæ reliquiæ, è fœdo naufragio ad inſulam hanc noſtram appulſæ; ut fidem tibi facerent meæ erga te obſervantiæ; ſimulque ut locum tutum, & extra tempeſtatum, quibus jactantur, metum, invenirent in Italia veſtra, ut mollioris cœli temperie, paciſque lætioris ſerenitate gaudentem. Perſuaſum enim mihi erat, quod tui ſub præſidio, cujus patrocinium ultro

ambiunt,

ambiunt, libenter conquieſcent; ſibique abunde gratulabuntur; quod ex ora ſiteris haud adeo amica in terram ſole magis propitio calentem migrarint: quæ, artium humaniorum ſtudiis diu nobilitata, hanc ſibi propriam laudem vendicat, quod optima ingenia fôverit pariter ac protulerit. Nam ut priſcis ſæculis eminentium virorum gloria effloruit, ac Græciæ principatum eloquentiæ æque ac imperii eripuit; ita avorum noſtrorum memoria, cum literæ poſt longam barbariei noctem renaſcerentur, Græcos eruditos, ſuis è finibus triſti calamitate pulſos, ſupplices atque egentes hoſpitio excepit, eaque benignitate ſublevavit, ut lenius aliquanto ferrent patriæ ſuæ deſiderium. Jamque futurum animo cerno, ut Muſæ, loca ſeptentrioni ſubjecta pervagatæ, Tranſalpinas rurſum adeant regiones, avitaſque ſedes repetant & antiqua domicilia: præſertim cum eas honeſtis præmiis invitet, & ampliſſimis honoribus proſequatur Clemens XI. Haud enim ſpe-

 randum

randum eſt, ut illic diutius morentur, ubi literæ evileſcunt, & nullam cultoribus ſuis dignitatem conciliant; raròque brevem iſtam voluptatem, laudem inanem & infructuoſam, conſequuntur. Sed de fato aut fortuna rerum noſtrarum, quas Numinis arbitrio relinquendas cenſeo, nolo amplius queri aut ominari. Hoc unum te oro atque obſecro, ut præſens munuſculum, à conſiliis tuis non uſquequaque alienum (utpote qui in veteris ævi Analectis eruendis, iiſque pari ſolertia & doctrina illuſtrandis verſaris) in grati animi pignus accipias; meque feſtinantem ad illa præſtantiora, quæ majorum vigiliarum ſunt, & quæ ſcis à me jam eſſe inſtituta, auxilio tuo adjuves; oramque tandem (utinam bonis cum auſpiciis) ſolventi bene preceris. Vale.

LECTORI
S.

TERTIUM *hoc Geographorum volumen, ſerius quam ipſi deſignavimus, aut tute forſan exſpectares, tandem in lucem prodit. Hujus tamen moræ longiuſculæ cauſſas, quas ſatis juſtas habemus, nec nobis libet afferre, nec tibi audire proderit. Magis autem è re utriuſque noſtrum fore arbitramur, ut quid liber iſte complectatur, quidve in eo edendo præſtitum ſit, paucis exponamus.*

I. *Primum tibi damus Excerpta è Dionyſii Byzantii Anaplo Boſpori Thracii, quæ ad nos tranſmiſit P. Gyllius in ſua verſione Latina. Nam Græca Dionyſii, quæ proculdubio in Gyllii manibus erant, fruſtra quæſivimus, eaque funditus periiſſe ſuſpicamur: cum nemo ex illo tempore, nedum ipſe L. Holſtenius (cujus Annotationes in Gyllii Topographiam Conſtantinopoleos mecum communicavit Vir præſtantiſſimus Chriſtianus Godefredus Getzius) quiddam de illis reſciviſſe videtur.*

II. *Secundum huic locum ſibi vendicat Arriani (ſive potius Anonymi) Deſcriptio Ponti Euxini, collecta ex Scymno, Arriano, Marciano, Aliiſque; quam in ſuo Geographorum* [1] *Syntagmate complexus eſt L. Holſtenius, & hic comparere voluit Cl. Fabricius, de literis humanioribus, &, ſi id adjici fas ſit, de noſtris etiam ſtudiolis præclare meritus.*

III. *Huic ſuccedunt Excerpta ex Syntaxi Perſarum Georgii Medici Chryſococcæ, primum ex Bibliotheca Regia*

1 Vide *Lambecii* Commentarios in *Bibl. Vindob.* vol. 1. p. 109.

Pariſienſi

Pariſienſi publici juris facta cura egregii Mathematici, Iſmaëlis Bullialdi: quibus & nos pro noſtro modulo non-nihil prodeſſe voluimus, ope duorum MSS. Bodlejanorum adjuti.

IV. *Illa excipit Claudii Ptolemæi Tabula Urbium Inſignium, ex Codice Barocciano vetuſto à nobis eruta, & cum aliis bonæ notæ comparata; quorum varietates, ſumma cum fide excerptas, tibi invidere noluimus.*

V. *Proxime ſequitur Anonymi Expoſitio totius Mundi & Gentium, quam in Verſione antiqua & barbara conſervatam primus edidit Jacobus Gothofredus, Græcis ſuo ex ingenio adjunctis, cum eorundem nova interpretatione Latina. Quæcunque Gothofredi erant, præter explicationes breviculas hinc inde delibatas, de induſtria omiſimus: quod rei Geographicæ non intererat, ut rurſum procuderentur. Nobis etiam præivit Vir clariſſimus, Jacobus Gronovius (quem in ſui literarumque gratiam nollem adeo malevolentiæ livore ſuffuſum) "ſeque tanto juſtius egiſſe " dicit, quod multa occurrant longe aliter tractanda, quam " fecit Gothofredus. Exemplo eſſe poſſunt illa pag. 7.* Ha-" bes ergo omnem Ægypti regionem. Coronat eam flu-" vius. *Gothofredus corrigit* fluvio *etiam in Græcis: quum " tamen ſatis ex vetere ſcriptura pateat auctorem ſcripſiſſe* " — regionem. Coronat eam fluvius. *Sic pag.* 9. in con-" temptu ſemen ſolus populus Alexandriæ, *quod vertit:* " ἐν ὑπεροψίᾳ σπορὰ μόνον ὁ λάος τῆς Ἀλεξ. *at voluit auctor,* in " contemptus enim ſolus pop. Alex. *vel* in contemptus " eminet, *ut alibi* Cæſarea in multa eminens. *Sed &* " *pag.* 14. Dirracium enim propter habitantium malitiam " ado (magis vero ut dicunt) deſcendit & non apparuit. " *quod ſic vertit,* Τὸ Διρῥάχιον γὰρ διὰ τὴν τῶν οἰκούντων πονηρίαν " παρὰ θεοῦ (μᾶλλον γὰρ ἀληθῶς ὡς λέγουσι) δύνχησιν καὶ οὐκ ὤφθη. " *Quid voluit illa parentheſi incluſa ita ſignificare? Veriſſime ſententiam reſtituit Pater,* Dirracium enim " propter habitantium malitiam à Deo maris, certe ut di-" cunt, deſcendit & non apparuit, *hoc eſt Græce* ἐβάνισε. " *Gentiles illos tunc fuiſſe innuit, & Neptunum* ἐννοσίγαιον

" *inſcripſiſſe*

"*inſcripſiſſe iſti cladi. Tale quod pag.* 4. *habet*, quæ in
" omnibus viros habent optimos & in negotio valde acu-
" tos & bene nantes præcipue. *At Gothofredus intelligit*
" navigantes, *unde interpretatur* τῷ πλέοντας. *Vera reſtitu-*
" *tio poſtulabat*, & venerantes præcipue.

VI. *Huic ob materiæ ſimilitudinem adjungere viſum eſt Varias Lectiones Geographi Ravennatis, quas nobis ſuppeditarunt veteres Membranæ in Bibliotheca Vaticana adſervatæ, quarum copiam Scribæ, noſtro ære comparato, fecit Cl. Zacagnius, nuper magno rei literariæ damno nobis ereptus.*

VII. *Proxime venit Ptolemæi Arabia, ex Cod. MS. præſtantiſſimo emendata, preloque parata à Gravio noſtro, Mathematicorum ſui ævi longe doctiſſimo. Cui illuſtrandæ ideo operam dedit Vir ſummus, non ſolum quod eam pro Ptolemæi Geographiæ parte accuratiſſima habuerit,* * *Stephani Byzantii auctoritate nixus; ſed quod ei in animo fuerit, Arabiæ Deſcriptionem, ex variis, iiſque optimis, Auctoribus expreſſam, Eruditorum oculis ſubjicere.*

VIII. *Ejus conſilium ſequuti, Abulfedæ Geographi intelligentiſſimi Arabiæ, ab eodem Viro acutiſſimo ex optimo Autographo exſcriptæ, & ope aliorum exemplarium accuratæ, Latinaque verſione donatæ, locum dedimus inter Græcos; quem ob præſtantiam ſuam famæque celebritatem jure optimo meruiſſe exiſtimavimus.*

IX. *Et cum idem Vir doctiſſimus, Cathedræ Savilianæ decus immortale, ſexaginta abhinc annis evulgaverit ejuſdem Abulfedæ Deſcriptionem Choraſmiæ & Mawaralnahræ, i. e. Regionum extra fluvium Oxum; ut & binas Tabulas Geographicas, unam Naſſir Eddini Perſæ, alteram Ulug Beigi Tartari; quæ raro in Bibliopolarum officinis occurrunt: ut illæ etiam, una cum Viri clariſſimi Præfationibus, huic Volumini insererentur, operæ pretium eſſe duximus: & ne, pagella vacaret, Arabici auctoris Fragmentum, in Joannenſium apud nos Bibliotheca repoſitum, edidimus cum verſione Simonis Ockleji, Viri linguarum Orientalium notitia celeberrimi.*

* *Voce* Χαραχμωβα.

X. Quod

X. *Quod vero hiſce omnibus ſubjungere placuerit Ptolemæi Catalogum Fixarum Stellarum, alicui forſan mirum videatur, cum ſit argumenti plane diſſimilis. Minime tamen dubito, quin hoc mihi ignoſcat, qui norit, quot ab illis ſyderibus maculas abſterſit, quantamque eis lucem affudit Cl. Hallejus; eandem ſcilicet, qua, Ptolemæo illa contemplante, emituerunt: cum diu in libris, tam MSS. quam Editis; ob voces perturbatas numeroſque confuſos, illa cœli lumina craſſis obvoluta fuiſſent tenebris.*

XI. *Denique Opuſcula iſta duobus Indicibus claudimus, quorum alterum, qui nomina Arabica exhibet, debemus induſtriæ Viri optimi Joannis Gagnier, quo vix alius penitius ivit in Orientis adyta. Is etiam literatos demerendi ſtudio, eo ſe demiſit, ut ſchedas Arabicorum è prelo madentes ſemel iterumque, ad Typothetarum errata emendanda, perlegeret. Vale, & dum majora molimur, interim hiſce fruere.*

EXCERPTA
EX
DIONYSII BYZANTII
ANAPLO
BOSPORI THRACII.

[1] EXCERPTA EX DIONYSII BYZANTII ANAPLO BOSPORI THRACII.

DE [2] promontorio, quod Boſporium appellamus, pervulgatur ſermo, bovem œſtro ſtimulatum ex promontorio [3] Boſporio tranſnataſſe in Aſiam.

1 *Excerpta* appello, quoniam integrum *Dionyſii* Anaplum ſuo operi *de Boſporo-Thracio* non inſeruit *P. Gyllius*, ut (aliis argumentis omiſſis) colligimus ex Fragmento *Dionyſii*, quod nobis è duobus Codd. (*Vaticano* & *Regio*) exhibuit *Carolus du Freſne*, ſub initium ſuæ *Conſtantinopoleos Chriſtianæ*. Hoc titulo (ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΑΝΑΠΛΟΥΣ ΒΟΣΠΟΡΟΥ) præmiſſo, ſequuntur hæc verba: Εἰ μόνην συνέβαινε τοῖς ἀναπλέουσιν εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον, καὶ τὸ καλούμενον αὐτοῦ στόμα, τερπνὴν ἅμα καὶ θαυμαστὴν εἶναι τὴν ὄψιν, δυσχερὴς ἦν ἄλλως ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ὁ λόγος· ἀπείργασι γὰρ δὴ τὸ σύμπαν ὑπὸ τῆς ὄψεως ἀξιοθαύμαστον ἑαυτὴν παρεχομένης κατά τε ἐγγύτητα καὶ στενοχωρίαν τοῦ πορθμοῦ, καὶ τὴν δι' ὀλίγου τῆς θαλάττης περὶ ἀμφοτέραν τὴν ἤπειρον ἐπιμιξίαν, ἐγγύς τε τῶν κόλπων καὶ λιμένων ἀνάχυσιν· ὑφ' ὧν οὐχ ἧττον εὔθηρός ἐστιν ἡ σκεπαίνη, καὶ τοῦ ῥεύματος τὸ μὲν πλέον κατιόντος· ἔστιν ὅτε κατ' ἐπικράτειαν ἀναστρέφοντος, εἰσιόντων δὲ τῶν ἀκρωτηρίων τὴν πελαγίαν παρ' ἀλλήλων ἀνακτυσσομένων, καὶ ἐκ τῆς κατ' εὐθυπορίας ἀναλυόντων τοῦ ῥεύματος τὴν βίαν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐλάττω παρέχεται τῆς ὄψεως τὴν ἀκρόασιν, ἀναγκαῖον ἔδοξέ μοι συγγράψαι περὶ τούτων, ὡς τοῖς μὲν ἰδοῦσι μηδὲν ἐνδέοι τῆς ὁλοκλήρου καὶ τελειοτάτης ἱστορίας· οἱ δὲ μὴ θεασάμενοι τὸ γοῦν ἀκηκοέναι περὶ αὐτῶν ἔχοιεν. Ἀρχὴ δὲ αὕτη τοῦτε λόγου καὶ τῆς χωρίων φύσεως πέλαγος ἐστὶν ὁ πόντος ὁ Εὔξεινος, μεγέθει τῶν ἄλλων πλεῖστον, ὥστε μὴ πρὸς τὴν ἔξω θάλασσαν ἰσώσασθαι. μόνη δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀνακέχυται λίμνη Μαιῶτις, ἣν μητέρα καὶ τροφὸν τοῦ Πόντου κατεφήμισε λόγος εἰς παλαιᾶς μνήμης παραδεδομένης. (ἴσ. ἐκ π. μ. παραδεδομένος.) ταύτης τὸ μὲν περίμετρόν ἐστι δισχιλίων σταδίων· τὸ δὲ πέρας ποταμὸς Τάναϊς, ὅρος τῶν δυεῖν ἠπείρων. Initium *Anapli* eſſe videtur: quod, ut ab inſtituto ſuo alienum, prætermiſit *Gyllius*. 2 Ex *Gyllio* de *Boſporo Thracio*, p. 50. *Edit. Lugd.* 3 Trajeciſſe meatum medium, ex eoque hunc Boſporum, illud (*ſc.* promontorium) appellatum eſſe Boſporium. Vide

In [1] hoc promontorio ſita eſt ara Minervæ [2] Ecbaſiæ, ex eo nominatæ, quod huc egreſſi primum Coloniæ deductores ſtatim tanquam pro patria terra pugnaſſent.

Supra [3] promontorium Boſporium templum eſt Neptuni antiquum, apud quod fuit lapis in mari eminens, quem Byzantinis in locum ornatiorem ſupra Stadium transferre conantibus non permiſit ſe transferri, ſive amans locum mari vicinum, ſive oſtendens parvi momenti eſſe pietati divitias. Sub templo Neptuni intra Urbis murum, in locis in planitiem explicatis, erant ſtadia & gymnaſia. At ex maris parte erat navigatio in ſinum Ceras leniter fluens, primam promontorii Boſporii circumflexionem, quæ excipiebat tres portus, quorum medius ſatis profundus à ceteris ventis tegebatur, ab Africa tutus omnino non erat: deinde turris bene magna rotunda continenti jungebat Urbis mœnia. Primus poſt mœnia campus erat peninſulæ cervicis, ſenſim deſcendentis ad littus, & ne Urbs eſſet inſula prohibentis. Poſt erat templum Telluris ſuper mare: cujus quidem faſtigium, tecto carens, ſignificabat antiquam terræ libertatem. Ejus parietes, quibus claudebatur, erant facti ex lapide expolito. Paullo ſupra Telluris ædem erant templa Cereris & Proſerpinæ paria, in quibus picturæ multæ, priſcæ felicitatis inſignes reliquiæ, & ſtatuæ exactæ artis, nihilo ſumma arte elaboratis inferiores erant. Item in abſceſſu maris duæ ædes Plutonis & Junonis, quarum ſolum nomen exſtat. Illud enim Perſæ exuſſerant in expeditione Cyri contra Scythas, ea ulciſcentes, quæ Byzantina civitas commiſiſſe contra regem accuſabatur. Plutonis templum Philippus Macedo inopia materiæ demolitus eſt, locorum vero nomina remanſerunt. Hic enim Plutonis acra; ille Junonia acra dicitur: ubi quotannis victimam primo anni die mactat gens Megarica.

Scholia in *Apollonium Rhodium*, p. 71. *Edit. Steph. Heſychium Mileſium* de *Rebus patriæ Conſtantinop.* cum notis *Meurſii*, *Codinum* in *Originib. Conſtantinop. Gyllium* de *Boſporo Thracio*, & *Berkelium* ad *Stephanum Byzant.* voce Βυζάντιον 1 Ex *Gyllio*, p. 51. 2 Apollinis Ecbaſii ſæpe meminit *Scholiaſtes Apollonii.* 3 *Ex Gyllio*, p. 54.

Poſt

Poſt [1] ſacram Plutonis & Junonis, Scironiæ petræ nuncupatæ à Corinthiis participibus Coloniæ deductæ Byzantium, qui his petris nomen impoſuerunt à ſimilitudine loci difficilis, qualem habebant petræ Scironiæ, ſitæ inter Megaram & Iſthmum Corinthiacum.

Poſt [2] Scironides petras Longum littus, ad piſcatum, atque ad vadi altitudinem nullis littoribus etiam optimis deterius: nam ex paucis uſque ad marginem profundum eſt, & mare placidum & quietum, & littus aditu facile, nuncupatum Cycla, ex eo quod in hoc littore Græci Barbaros circumcluſos deviciſſent. In eodem littore ara conſecrata, eſt Minervæ Diſſipatoriæ, deſignans ex circumcluſione multitudinis diſſipationem.

Cycla [3] Melias ſinus excipit, piſcoſus quidem ſi quis alius: in omnibus enim omnes ſuperat, promontoriis prominentibus & cautibus ſub aqua deliteſcentibus utrinque concluſus. Hic ſinus, à quodam Heroë indigena, nuncupato Melia, nomen adeptus, ut plurimum nunquam fallit piſcatorem.

Poſt [4] Melianum ſinum locus nominatus [5] Κῆπος, qui nomen adeptus eſt ex terra inter paucas ad culturam hortorum idonea; maris vero lucrum adventitium acquiſivit: non enim mare olim ibi indagabatur, ſed otioſum manebat, quum tamen piſcibus diverſorium præbere ſoleat.

Αψασιεῖον ab Arcadio nominatum in hoc loco ſitum eſt, & Jupiter Αψάσιος ibi colitur.

Poſt [6] Apſaſion eſt promontorium plurimum ſuper alia promontoria eminens, ventorumque violentiam excipiens. cujus eminentia abrupta abit in mare, & haud firma præterit profundum mare: nam promontorii pars inferna, ſectionem petræ in multam avulſionem abrumpens, exigua

1 Ex *Gyllio*, p. 56. 2 Ex *Gyllio*, p. 59. 3 *Ex Gyllio*, p. 60. 4 Ex *Gyllio*, p. 60. 5 Κῆπος, πόλις καὶ [illegible]όρον ὅτι κεκλεισμένη. *Suid.* Meminerunt etiam *Scylax*, *Diod. Siculus*, *Strabo*; *Harpocrat.* & *Plinius.* Quin & *Æſchines* dicit Gylonem uxorem Scythicam iſtic duxiſſe. 6 Jovis Απισαντίου meminit *Steph. Byzant.* (v. Απίσας) quem Αψάσιον per errorem hîc appellari ſuſpicatur *Gyllius.*

conjun-

conjungitur continenti diſſolvendæ, & quàm mox ruinam edituræ ſimilis: unde ſimilitudo aſpectus illi nomen dedit; nam Mellapocopſas nominatur.

Poſt [1] locum, qui appellatur Mellapocopſas, duo loca ſunt, omnibus anni temporibus piſcium captum largientia, à ſummiſſionibus promontoriorum, & remiſſione maris in hæc loca refuſi, alte ſinuoſi, placati & tranquilli. Horum locorum unus appellatur Ingenidas, alter dicitur Piræicus, ut multorum hominum habet ſermo, à Piræo Attico; ut quidam dicunt, à quodam antiquo Heroë indigena. Inter hæc duo loca eſt Cittos locus, ita dictus à multitudine hederæ ibi facile provenientis. Piræico ſuccedit continuo Camara acclivis, & ventis expoſitum littus, quod multam maris refractionem excipit.

Locum [2] nuncupatum Camaram excipit Σαπρὰ θάλασσα, *id eſt*, Marcidum mare; finis totius ſinus. Jacet enim in fundo ſinus nuncupati Cornu. Invenit hoc nomen, ſive à vicinis fluminibus in ſe exeuntibus, nativas aquas maris corrumpentibus; ſive ex eo nomen reperit, quia immobile ventis agitari non poteſt ob vadorum aggerationem, quam deferunt oſtia fluminum continuam & mollem, paluſtre efficientem mare, in quo etiam piſces capiuntur. Primus hujuſce maris Marcidi locus appellatur Polyrrhetius, à viro Polyrrheto. Poſt hunc locus eſt nominatus Βαθεῖα σκοπιά, *hoc eſt*, Profunda ſpecula, ab altitudine maris. Tertius vocatur [3] Blachernas, à quodam Rege ibi regnante.

Marcidi [4] maris ultimus locus appellatur Paludes; ex eo, quod in illo ſubſideat lutulenta fluminum ſeceſſio. Non enim illius vadum arenâ, ſed cœno tectum eſt; neque navigiis, niſi perparvis, navigabilis eſt. Inde cœnum ſublime uſque ad exitus fluminum, quorum uterque fertur ſeparatus ab altero: in exitu ambo conjunguntur, & velut per unum oſtium exeunt in ſinum Cornu. In mediis paludibus, boum

1 Ex *Gyllio*, p. 62. 2 Ex *Gyllio*, p. 63. 3 *Nicephorus Conſtantinopolitanus* (ut alios taceam) hujus loci meminit in *Breviario Hiſtorico*, p. 26. & 33. *Edit. Pariſ.* 4 Ex *Gyllio*, p. 64.

nutricibus,

nutricibus, ſunt prata uberes paſtiones largientia, etiam cervis: hos Deus deſignavit, quum deductoribus Coloniæ, conſilium petentibus, ubi conderent urbem, appellatam Byzantium, ita reſpondit;

Ὄλβιοι [1] οἳ κείνην πόλιν ἀνέρες οἰκήσουσιν,
Ἀκτῆς Θρηϊκίης ὑγροῦ παρ' ἄκρον στόμα Πόντου,
Ἔνθ' ἰχθῦς ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τὸν αὐτόν.

Felices qui hanc civitatem incolent viri,
Ripæ Thraciæ humidi ad extremum oſtium Ponti,
Ubi piſcis cervuſque eodem pabulo paſcuntur.

Hæc quidem dicta ſunt de re, quæ accidit. Cervi enim, tempore hyberno ex ſylvis deſcendentes, depaſcunt paluſtrem arundinem: piſces vero maris & fluminum participes in tranquillitate ſinus Ceratini deliteſcunt pigri, & in ubertate pabuli deglutiunt vadi radices.

Flumen [2] Cydarus venit ab occaſu æſtivo, [3] Barbyſes vero à Borea vento. Barbyſen alii dicunt educatorem Byzantis, alii navigationis ducem eorum, qui cum Jaſone & Minyis navigarunt ad Colchos, quidam Heroëm indigenam fuiſſe. Ubi flumina delata ad obvium promontorium craſſum inter ſe coëunt in mare exeuntia; ibi ara eſt [4] Semyſtræ, à qua locus nomen invenit. Semyſtra nutrix fuit Ceroëſſæ matris Byzantis: Io enim, quum Jovis arte in vaccam converſa, itaque Junonis œſtro alato ſtimulata multas terras percurriſſet, apud hunc locum parturiendi dolore affecta (nam erat Divini ſeminis plena) infantem feminam peperit. Hanc tollens Semyſtra lactat & nutrit, gerentem inſigne transformationis maternæ, (cornuum enim typi ex fronte eminebant) unde appellatur Ceroëſſa: ex hac &

1 Non ubique iiſdem verbis legitur hoc oraculum. Vide *Berkelium* ad *Steph. Byzant.* v. Βυζάντιον. & *Gyllio*, p. 68. ubi Cydaris legitur: parum recte, ut conjicio ex *Heſychio Mileſio* de *Rebus patriæ Conſtantinop.* & *Codino* in *Originibus Conſtant.* 3 Βαρβύσου ποταμοῦ meminit *Suidas* v. Ἡράκλειος. Βαρβύζης apud *Codinum* & *Heſychium Mileſium.* 4 Semeſtræ ara *Heſychio Mileſio.* Seſimetræ *Codino.*

Neptuno

Neptuno genitus eſt Byzas, vir ſimiliter ut Deus honoratus, [1] à quo Byzantium conditum eſt. Semyſtra locus parum abfuit quin urbs efficeretur: nam ibi duces Coloniæ urbem condere conſtituerant, niſi ex media flamma [2] corvus rapuiſſet partem victimæ, eamque in Boſporium promontorium tuliſſet. Hoc ab Apolline oſtentum conjecerunt Græci à paſtore edocti, qui ab ſpecula intuitus erat, ubi corvus

1 Ita etiam *Stephanus* v. Βυζάντιον, *Heſychius Mileſ. Codinus*, & *Auctor incertus* Fragmenti *de Septem Turribus Byzantinis*, quod (deſumptum è Cod. MS. *Bibliothecæ Vatic.* regionis Alexandrinæ, qui à MSS. Eccleſiæ *S. Andreæ della Valle* illuc migravit, n. 7. fol. 228.) mecum communicavit humaniſſimus pariter ac eruditiſſimus *Godefridus Chriſtianus Goëtzius*, & hîc loci ſubjicere non gravabor: Βύζας, ὁ τὸ Βυζάντιον κτίσας, τὴν πόλιν ἀνήγειρε τείχεσι μεγάλοις καὶ [1] πύργοις περικαλλέσιν ἑπτά. ξένην δέ τινα καὶ ἀξιοθαύμαστον οἱ πύργοι οὗτοι τὴν ἐνέργειαν εἶχον. εἴποτε γὰρ σάλπιγξ ἢ φωνή τις ἑτέρα ἀνθρώπου τυχὸν ἢ ἄλλου ζώου, ἢ καὶ λίθου βολὴ ἐντὸς τῶν ἑπτὰ τούτων πύργων ἐπεγένετο, εὐθὺς εἰς τὸν μετ' αὐτὸν ὁ ἦχος διέβαινε, καὶ καθεξῆς διὰ τῶν ἄλλων μέχρι τοῦ ἐσχάτου παρεπέμπετο καθαρὸς, οἷος ἐξ ἀρχῆς ἐξεφωνήθη, εἴτε ἔναρθρος εἴτε καὶ ἄναρθρος· ἀλλὰ καὶ ὁ εἷς τῶν πύργων τούτων, ὁ καὶ τοῦ [2] Ἡρακλέος καλούμενος, τὰ τῶν πολεμίων ἔξωθεν μυστήρια τῶν εἰς πολιορκίαν τυχὸν τῆς πόλεως καθισταμένων, ἔνηχα ἐποίει τοῖς ἐντὸς καὶ ἀκουστά. ἵδρυτο δὲ ὁ πύργος οὗτος ἐν τῷ τῆς ἀκροπόλεως λόφῳ, ὃς νῦν Κυνήγιον ὀνομάζεται. καὶ ὕστερον ἐνοχλουμένου τοῦ Βυζαντίου ὑπὸ τῶν ὄφεων, διαφθειρόντων αὐτοῦ τὰ ὕδατα, [3] ὁ Τυανεὺς Ἀπολλώνιος ἀπὸ λίθου ξεστοῦ τρεῖς ἀνέστησε πελαργοὺς, οἵτινες οὐκ εἴων ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τοὺς ὄφεις. "Byzas, "qui Byzantium condidit, urbem "muris altis ac ſeptem pulcherri"mis turribus excitavit. Singula"rem vero quandam ac mirandam "hæ turres virtutem habuere. Nam "ſi forte tuba aut alia vox homi"nis forte aut alterius animalis, "vel etiam lapidis jactus in unam "harum turrium incidat, ſtatim ad "proximam pervadit ſonus, atque "deinceps ordine ad ceteras tranſ"mittitur, qualis ab initio inſonuit, "ſive articulatus ſive inarticulatus "fuerit: verum & una dictarum "turrium, quæ Herculis vocatur, "hoſtium, oppugnandi cauſa urbem "obſidentium, arcana intus (con"ſtitutis) clara fecit atque intelli"gibilia. Illa vero turris in acro"poleos tumulo, qui jam Cyne"gion appellatur, ædificata erat. "Quumque poſtea Byzantium à ſer"pentibus, aquas ejus corrumpen"tibus, infeſtaretur, Apollonius "Tyaneus è lapide polito [ibi] tres "ciconias ſtatuit, quæ effecerunt, "ne ſerpentes in urbe ſuccreſcerent.

2 Ita *Codinus*. Accipitrem rapuiſſe dicit *Heſychius Mileſius*.

1 De hiſce etiam *Heſychius Mileſ.* & *Codinus*. 2 Vide *Heſychium* & *Codinum*. 3 Hujus meminere *Heſych.* & *Codin.*

victimæ,

victimæ rapinam depoſuiſſet; ſecutique ſignum condiderunt Byzantium in promontorio Boſporio.

A tergo [1] Semyſtræ, paullo ſupra fluminum oſtia, initium circumflexus in alterum latus ſinûs [2] Ceratini efficit promontorium Drepanum inflexum, cujus acumen acutum appellarunt [3] Bucolon, *hoc eſt*, Bubulcum; grata memoria proſecuti indicem, ex hoc loco ſpeculatum Urbis conditorem corvum.

Poſt [4] Bucolon ſunt loca nuncupata Mandræ & Drys: [5] ille quidem à loco quieto & tecto, mari enim tranquillo alluitur: Drys vero habet lucum Apollini ſacrum. Poſt promontorium eſt longus ſinus [6] Auleon appellatus.

Poſt [7] Auleona pons eſt, Philippi Macedonis opus, quo ſinus Cornu trajiceretur. Philippus enim in vadum ſaxa dejecit, eorumque multitudinem ſupra vadum accumulavit multis operibus, ut pontis commoditate uti poſſet abunde ad commeatum terreſtrem; nam claſſe Byzantiis par non fuit multo mari imperantibus. Juxta hunc pontem fuit Nicei Herois ara, & locus leniter circumflexus, aptum ad capiendos piſces receptaculum; & locus, qui dicitur Neosbolos.

Circa [8] locum re & nomine Actinen, ſunt Cubi Canopi, & Fontes: valde enim locus irriguus eſt. Cubi autem ſunt inſignia Perſicæ hiſtoriæ: huc enim nonnulli deſcendebant ad animorum remiſſionem & ludos, ut amœnitate littoris perfruerentur. Canopi nomen invenit à ſimilitudine deliciarum, quæ huic loco eſt cum Ægyptio Canopo. Ciſon fluvius, hanc oram ſecans, ſinui nomen dedit. Fluit perennis; ſed haud navigabilis eſt.

Poſt [9] Cubos Canopi eſt palus habens radices ſub aqua latentes, claudens ſinum, ubi eſt receptaculum piſcibus capiendis aptum, ſaxis concavis ad ipſos introitus obviam procedentibus, in quæ delabuntur piſces noctis tenebris errantes. Poſt paludem ſunt Chœragia nuncupata, à rebus,

1 Ex *Gyllio*, p. 70. 2 De hoc ſinu *Strabo* lib. 7. & *Heſychius Mileſius*. 3 Bucolia dicitur apud *Codinum* & *Heſychium*. 4 Ex *Gyllio*, p. 73. 5 Vide Lexicon *Heſychii*, v. μάνδραι 6 Rectius forſan *Aulo* diceretur. 7 Ex *Gyllio*, p. 73. 8 [illegible] *Gyllio*, p. 75. 9 Ex *Gyllio*, p. 7[illegible]

quæ ibi fiunt, nominata. quoniam apri ex montibus deſcendentes, ad hæc loca abacti, à venatoribus fraude capiuntur. Omne enim ſinûs latus, Noto vento objectum, ſylvis plenum erat.

Secundum locum ad quem deſinit receſſus Ceratini ſinûs, incipit Iſthmicum promontorium, apertam jam & multam Propontidem proſpiciens, in quo ſepulchrum Hipposthenis exſtat heroïs Megarenſis, à quo locus nomen adeptus eſt.

Poſt Hippoſthenem locus eſt appellatus [1] Sycodes, à multitudine & pulchritudine ficuum arborum: quidam curioſiores dicunt, primam ficum arborem ibidem natam eſſe. Locum hunc excipit [2] Amphiaraï delubrum, quod Byzantii condiderunt.

Poſt Amphiaraï delubrum eſt Syaphas locus, Auletes nominatus. Is una cum aliis colonis Byzantium deductus fuerat, cui Apollinis ars reliquit nominis memoriam. Inde eſt Bolos, *id eſt*, Jactus, ad piſcationem hybernam percommodus loci natura, in quo templum [3] Dianæ Luciferæ & Veneris Placidæ: exiſtimatur enim largiri ventorum commoditatem, eoſque turbulentos placare. Deinde eſt locus Oſtreodes, à rebus, quæ ibi fiunt, nominatus. Maris enim vadum, oſtrearum multitudine exalbeſcentium conſtratum, fit perſpicuum aſpicientibus, maxime in tranquillitate & quiete ventorum. Hic autem locus ſemper alit, quod impendatur, & in commune conferatur. Eſt enim luxurioſis locus generationis oſtrearum, contendentis cum earum piſcatione. Oſtreoda locum excipit promontorium nuncupatum Metopon. Hoc ſub aſpectum urbis ſubjectum eſt: adſpicit enim Boſporium promontorium, ac nomen invenit à figura. Nam ex continentis parte planum eſt terrenis tumulis; ex parte maris, declive & præceps: non tamen Divini teſtimonii expers eſt; etenim apud ipſum colitur Apollo.

1 *Ἐν ταῖς λεγομέναις Συκαῖς, αἳ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ συκοφόρων δένδρων ἐδέξαντο. Hesych. Mileſ.* 2 Byzantem heroï Amphiarao in Sycis aram erexiſſe tradunt *Heſychius Mileſ.* & *Codinus.* 3 Non procul à Sycis Veneris & Dianæ Fana collocant *Heſych.* & *Codinus.*

Poſt

Poſt Metopon eſt [1] Ajantion, nomen adeptum ab Ajace Telamone, quem propter quandam vaticinationem colunt Megarenſes ex inſtituto eorum, qui deduxerunt Coloniam. Inde procidens præcipitium, converſum in mare, nominatum eſt Palinormicum à ſecunda applicatione: poſtquam enim Coloniæ deductores ad eum locum naves primo appuliſſent, ex eoque ſolviſſent, rurſus ad eundem locum reverterunt. Paullo ſupra præcipitium Palinormicon exiſtit templum Ptolemæi Philadelphi, quem Byzantii æque ac Deum venerati ſunt, quod ex ejus in urbem animi magnitudine fructum magnum accepiſſent: etenim Byzantiis Ptolemæus in Aſia regionem, frumentique multas myriades, & ſagittas, & pecunias dederat. Deinde eſt locus dictus Delphinus, & Charandas. Cauſſa nominum hæc eſt. Vir Chalcis nominatus, genere Byzantius, ſcientia citharœdus, nullis ſummis citharœdis inferior, quum Orthium carmen caneret, Delphinus ex pelago exſtitit, ſeque ad audiendum erexit cantilenæ impetum, maritimæ oræ inſiſtens, extra mare eminens, aſpectum ſublimem gerens ut vehementi cantu impleretur, ob audiendi ſtudium nihil à vadi commotione læſus: quum autem Chalcis canere deſinebat, Delphinus mare ſubibat, ad locumque conſuetum redibat. Charandas paſtor accola, ſive invidia atque odio in Chalcidem, ſive avaritia incitatus, Delphino inſidiatus eſt, ſenſim ad maris oram allabenti, eumque ſublimem accedentem interfecit, non tamen piſcatione potitus eſt: Chalcis enim ſuum auditorem magnifica ſepultura affecit, lociſque nomina Delphinum & Charandam impoſuit; illum donans honoris memoria, hunc ignominiæ. Poſtea eſt Acra in brevem receſſum inſinuata. Baſis ipſius & radix petra in fundo Thermaſtis appellatur. Poſt hanc ipſam littus Noto vento apertum nominatur Pentecontoricon, à navibus quinquaginta remos habentibus ad littus id appulſis. Scytham enim dicunt, nuncupatum Taurum, ex ſuis ſedibus migrantem huc appulſum fuiſſe,

1 Credo locum eſſe, ubi Ajaci aram erexiſſe Byzantem memorant *Heſychius Mileſius* & *Codinus*.

atque ad Cretam navigaſſe, & Paſiphaën Minoïs filiam ſtupraſſe: unde nata fabula amoris & prolis ex ipſo procreatæ. Deinde ſuccedit [1] Jaſonium, ex eo nomen adeptum, quod Jaſon, navigans ad Colchos, illuc appulſus fuerit, ubi eſt [2] nemus profundæ laurûs plenum, araque Apollinis; littus autem longum, omne ventis occiduis & meridianis expoſitum.

Poſt [3] Jaſonium, lucumque Appollinis, eſt Περίβολος, ad quem rudentibus naves alligabant Rhodii, metuentes maris tempeſtatem. Hujus tria ſaxa adhuc ſervantur: reliqua permulta temporis vetuſtate ceciderunt.

Poſt Rhodiorum Peribolon Archius nuncupatus locus campeſtris, agri bonitate præditus, & vitium amans, collibus cinctus circumſurgentibus, ad mare procidentibus: per medium eorum fluvius deſcendit in maritimam oram mollem & profundam. Hanc incoluit Archias Thaſius Ariſtonomi filius: qui quum in hoc loco urbem condere pararet, à Chalcedonenſibus prohibitus eſt, metuentibus exædificatum locum contra ſe fore. Archias illis, qui cum eo ſolum vertiſſent, Ænon dedit habitandum, locoque nomen reliquit Archium.

Poſt [4] Archium promontorium eminet, & in altitudinem præcipitem abrumpitur diſcedens ad mare, fluctus maris denſos & violentos, quibus crebris verberatur, excipiens. In promontorii vertice Senex marinus ſtatutus eſt, quem alii dicunt Nereum, alii Phorcyn, alii Proteum, quidam patrem Semyſtræ, nonnulli indicem navigationis & demonſtratorem Jaſoni fuiſſe, ducemque anguſtiarum Boſporiarum. Quidam vates Latiades oraculum in ſomnio ſibi viſum dedit poſteris colonis Megarenſium, oportere ſacrificare Seni marino: itaque in hoc loco publice colitur Senex marinus.

1 Forſan promontorium Propontidis Jaſonium appellabatur; ubi Jaſon olim duodecim Diis dedicaverat templum, ut narrant *Heſych.* & *Codinus.* 2 Veriſimile eſt locum, ubi fuit ara Apollinis & magnus laurorum lucus, eum fuiſſe quem poſteri appellarunt Daphnen. 3 Ex *Gyllio*, p. 94. 4 Ex *Gyllio*, p. 96.

Seni [1] marino vicinus eſt Παράβολος: *id eſt*, Jactus temerarius, nuncupatus à piſcatione temeraria, incertaque ob maris aſperitatem inæqualem. Fluctus enim, deſcendens in littus aſperum, piſcationes efficit temerarias, parum voti compotes, & fere fruſtratorias. Deinde, eſt Calamus, & Bythios: ille à calamorum multitudine, hic ab alta protectione promontoriorum circumſurgentium nominatur. in ipſo eſt laurus Medeæ Oetæ filiæ, planta, ut fama eſt; huic parallelus eſt collis ſenſim ſupinus, declinans ad mare, nominatus Bacca Iſidis, matris Deorum.

Poſt [2] collem ſenſim ſupinum promontorium protenditur multùm, portum inſinuans, craſſo præruptoque incurſu boreales maris ictus propulſans. Ab occaſu enim portum præbet ſufficienti magnitudine, protectum à ventis: reliqua promontorii pars excipit fluctuum vim multam, audacemque, & ſimilem ſtatuæ virili: nunc enim intra miſcet & convolvit in orbem, nunc impetus undarum in contrariam partem impellit. Multas naves vidi onuſtas ſecundo vento currentes retroceſſiſſe, fluctu oppugnante ventum: rurſus vero ad ſaxa promontorii revertitur impetus undarum, & ex refractione velut avulſus & ſeparatus, à pelago contra pelagum ipſe per ſe currens urgetur: unde fit, ut nautæ neceſſe habeant, iter pedibus conficientes, funibus naves trahere, in quas fluxus multus incurſans nautas vi agit, & retrahit in contrariam partem; metuſque & deſperatio ſubit, tanquam non iterum tentandum ſit: nonnunquam fluctibus cedentibus ad ipſa ſaxa crepidinis littoreæ contendunt contra fluctus firmantes remos ad cautes, & vim maris inhibent auxilio Continentis. Poſtea vero quàm Coloniæ deductores promontorium Boſporium prætergreſſi, viderant magnam multitudinem Barbarici exercitus tenere oram maritimam, in quam deſcendendum erat, occuparunt locum nuncupatum [3] Heſtias, vacuum à cuſtodibus, & Barbaris anteverterunt. Fuit enim illis compendiaria navigatio, at Barbaris longus terræ circuitus ob ſinus. Demonſtrantur autem

1 Ex *Gyllio*, p. 97. 2 Ex *Gyll.* p. 102. 3 Heſtiarum meminit *Polyb.* l. 4,

quædam

quædam ſemitæ, [1] impreſſiones in ſaxis cancrorum marinorum pedeſtri itinere rapidiſſimum fluxum prætereuntium.

A promontorio [2] Heſtiaco flexus jam navigationem quietam ſtabilemque efficit. Poſt Heſtias ſunt [3] Χηλαὶ nuncupatæ à ſimilitudine figuræ: harum quidem alteræ breviores, alteræ majores, ambæ vero portus exiſtunt: apud ipſas templum eſt Dianæ Dictynnæ.

Poſt [4] Dianæ Dictynnæ ædem turbulenta eſt & vehementer contento fluxu commota navigatio. Locus autem dicitur Pyrrhias Cyon, ut mihi videtur, à ſimilitudine, quam habet mare hoc cum cane; ut vero plurimorum ſermo, à cane paſtoritio littus hoc circumcurſante, latranteque eos, qui violentia fluctûs juxta marginem littoris navigare haberent neceſſe. Ibi quoque meatus freti arctiſſimus dirimens duas Continentes. Ibidem etiam dicitur fuiſſe [5] Darii tranſitus. Hinc enim [6] Androcles Samius pontem junxit in Boſporo. Hic locus cum alia præbet hiſtoriæ monumenta, tum ſellam in petra exciſam: in hac etiam ajunt ſedentem Darium ſpectatorem fuiſſe pontis, & tranſeuntis exercitus.

Poſt [7] Pyrrhiam Cyonem, promontorii in directam altitudinem editi ora maritima eſt, ſurſum navigantibus ardua, & difficilis prætervectis ob violentum coitum utriuſque Continentis, repugnantem anguſte præterfluenti Boſporo: fluctus enim ebullit efferveſcitque continuis vorticibus, non minus quam lebes igne ſubdito efferveſcere, flammæque exceſſu ebullire, æſtuoſoque ſonitu ſtrepere ſolet. Itaque ora hæc à natura ſua nominata eſt Ῥοώδης, *hoc eſt*, fluctuoſa.

Promontorium [8] prætergreſſo occurrit Petra à natura, non ab hominum manu facta, colore albo, alarum ſimilitudinem aquilæ præ ſe gerens, & tanquam plantam pe-

1 Idem fere narrat *Ælianus*, lib. *de Animalibus*. 2 Ex *Gyllio*, p. 107. 3 Byzantii, qui Dorica dialecto utebantur, appellabant *Chalas*. 4 Ex *Gyllio*, p. 116. 5 *Sc.* quando infeſto exercitu Scythas petebat. Vide *Polybium*, l. IV. 6 *Herodoto* (lib. IV.) dicitur Mandrocles Samius. 7 Ex *Gyllio*, p. 120. 8 Ex *Gyllio*, p. 122.

dis-

dis extendens, atque in alteram partem contrahens velut ludicrum quiddam naturæ omnia imitantis. Nominatur [1] Phidalia, quam neſcias, dicerene debeas Inſulam an Continentem: illam quidem ob naturam, hanc vero ob vicinitatem. Quidam ajunt appellatam eſſe Φαιδαλίαν ex eo, quod primum in ea piſcatio appareat; alii dicunt filiam Barbyſſæ fuiſſe: quum autem complexu Venereo ſe miſcuiſſet cum Byzante, commotam verecundia ſtupri, & metu patris ſe in mare projeciſſe, atque periiſſe; Neptunum autem progenitorem, cum miſericordia adductum, tum benevolentia ſui generis, Continentis magnam partem abrupiſſe, eamque in profundo defixiſſe ac firmaſſe, poſteriſque Inſulam habitam fuiſſe ſepulchrum Phidaliæ. Sinus ab oriente interius recedit profundus, & ſatis capax, brevi Continentis circuitu concluſus. In medium ſinum deſcendit Χειμάῤῥους, id eſt, Rivus hybernus: nam ſumma æſtate deficit. In hoc ſinu eſt Portus mulierum [2] nominatus, ſive ex eo, quod nihil offenditur neque à mari, neque à Continenti; non enim minus à fluctibus maris tutus eſt, quam à vehementibus ventis, terra protectus: ſive ex eo ita appellatus eſt, quod abſentibus viris magnam multitudinem piſcium hunc portum ingreſſam mulieres ceperunt. Inde [3] Portum mulierum continuo ſubſequitur locus Κυπαρώδης nuncupatus à cypreſſo arbore.

Poſt [4] Cyparodem [5] templum Hecatæ ſuper petram, quæ acceſſu ventorum fluctibus percuſſa valde reſonat. Circum enim ipſam fluctus concitatus diffringitur: hæc vero quantum in ſe ſuſcipit, tantum rejicit ſub crepidinem oræ maritimæ.

Poſt [6] templum Hecatæ ſequitur [7] Laſthenes appellatus à viro Megarenſi Laſthene, ſimilis ſinui nuncupato Cornu.

1 Hujus meminere *Heſych. Suidas* v. Ηράκλειος, & *Stephanus Byzant.* v. Γυναικόπολις. 2 Aliam appellationis cauſſam adducit *Stephanus*, v. Γυναικὸς. 3 Ex *Gyllio*, p. 124. 4 Ex *Gyllio*, p. 125. 5 A Byzante conditum, ubi poſtmodum ædificatus eſt Hippodromos, ut auctor eſt *Heſychius Mileſius.* 6 Ex *Gyllio*, p. 127. 7 Cum *Gyllio* libenter legerem *Leoſthenes*: cui favet locus *Stephani*, v. Γυναικόπολις. Pro vulgata tamen lectione faciunt *Plinii Codd* in quibus *Caſthenes* pro *Laſthenes*

Eſt

Eſt intimo receſſu paluſtri, & promontoriorum eminentia, & profunda altitudine, quantum magna cum parvis licet conferre, ad introitum ſtrictus eſt, procedens autem valde dilatatur: tranquillus & tutus eſt, circumdatus montibus, quibus velut muris munitur contra ventos, in quem deſcendit quidam fluvius perennis, ſed navibus inacceſſus. In hoc loco [1] Amphiaraus ex oraculi divino præcepto colitur.

Poſt [2] Laſthenium Commarodes exiſtit, à ſylva Commarorum nominatum, mari fluctuoſo verberatum. Poſt Commarodes conſequitur littus editum, aſperum, cauteſque concavæ ex mari eminentes, quas antiqui Bacchias nominarunt, ex eo quod circum ipſas concitato motu fluctus furere & bacchari videntur. Hic Demetrium Philippi ducem exercitus quum viciſſent Byzantii, Θερμημείαν nominarunt locum à re ipſa, quæ contigerat: pugnam enim navalem illius diei magna ſolertia & ſummo ardore pugnaverant. Sub oram autem prominentem ſubit & ſuccedit ſinus, in quo eſt portus Pitheci, quem ajunt regem Barbarorum hunc locum accolentium à Steropeo unà cum ſuis filiis ducem exſtitiſſe trajectionis in Aſiam. Huic continens eſt ora prærupta & præceps; deinde conſequitur littus inclinans in ſinum nominatum Εὔδιον καλὸν, quem circuit littus & mare exiguo ſpatio contractum, ut Continens quidem natura exiſtat, at aſpectu Inſula eſſe videatur. Inde ſtatim ſuccedit ſinus nuncupatus [3] Pharmacias à Medea Colchide, quæ in hoc loco repoſuit pharmacorum arculas. Eſt autem pulcherrimus, & commodiſſimus ad piſcationes, & ad naves appellendas aptiſſimus: etenim uſque ad marginem littoris profundus, à ventiſque maxime tutus habetur; piſcium multitudinem ad ſe allicit. Sylvæ autem denſæ & profunda nemora omnis generis & prata impendent; velut, arbitror, certante terra cum mari. Ejus circuitus adumbratur ſylva imminente in mare, per quam mediam in ſinum deſcendit fluvius ſine ſtrepitu fluens.

1 Aram heroi Amphiarao in Sycis erexiſſe Byzantem narrant *Heſych.* & *Codinus.* 2 Ex *Gyllio,* p. 130. 3 Navalis in oſtio Ponti meminit *Socrates* in *Hiſt. Eccl.* ὃς ἐξ ἀρχαίυ Φαρμακεὺς ἐκαλεῖτο.

Pharma-

Pharmaciam [1] ſubſequuntur ſaxoſa littora, & præcipitia in mare impendentia, velut viſionis hexamina; ex eo, quod oculis flexibilem aſpectum objiciunt: aperitur enim Pontus, tectus eminentibus promontoriis, nullo amplius impediente verum aſpectum; quod enim crebro finis eſſe videtur, idque rurſus invenitur principium, poſtea maris latentis viſio conciliat fidem rei, quæ non credebatur. Illa autem ſaxa & cautes littoris nominarunt Κλεῖδας καὶ Κλεῖθρα τοῦ Πόντου, *hoc eſt*, Claves & Clauſtra Ponti. Jam prætergreſſo Claves [2] aſpectus magis quam Ponti adeſt petra in acutum verticem faſtigiata, nucis pineæ ſimilitudinem gerens, quæ Dicæa, *id eſt*, Juſta nominatur, ex eo, quod triremibus navigantes in Pontum mercatores apud hanc petram depoſuiſſent aurum; pacti inter ſe, non prius alterum illud eſſe ſublaturum, quàm ambo ſimul ad petram convenirent. Altero pactionem prætergreſſo, ſermo hominum habet, aurum delituiſſe, recuſante petra impiam fidem ſocii perfidi, quouſque ſimul ambo eo convenientes depoſitum acceperunt. Petræ autem præmium remanſit hujus juſtitiæ nomen.

Prope [3] petram Dicæam ſinus eſt nuncupatus Βαθύκολπος, *id eſt*, Sinus profundus, non tam circumſcriptione ſui intimi receſſus perpulchri, & in profundam latamque arenam porrecti, quam magna altitudine maris: clivi enim ardui & præcipites vicini proximi ſunt oræ maritimæ. Fluvius in ſinum exit, cui idem quod ſinui nomen eſt. Hic exiſtit Saronis herois Megarici ara, & jactus piſcium ſibi idoneo & maturo tempore conferta & continenti natatione, primo ſurſum, deinde deorſum Boſporum commeantium, maris altitudine deceptorum.

Paullo [4] ſub promontorio Saronico ſitus eſt Καλὸς ἀγρός. ob utramque commoditatem terræ & maris à natura nomen habet.

Poſt [5] Καλὸν ἀγρὸν eſt Simas promontorium, & Veneris Meretriciæ ſtatua. [6] Simam enim quandam, habet

1 Ex *Gyllio*, p. 136. 2 Quo enim longius remotam proſpicis Petram, eo propius accedere videtur ad ſimilitudinem pineæ nucis. 3 Ex *Gyll.* p. 140. 4 Ex *Gyll.* p. 141. 5 Ex *Gyllio*, p. 144. 6 Primum, ut exi-

ſtimat

hominum ſermo, valde pulchram, & ingenioſam, & ſolertem, hunc locum incoluiſſe, de prætermavigantibus merere ſolitam ſtipendia Veneris.

Promontorium nuncupatum Simam prætergreſſos excipit Scletrinas ſinus, neſcio utrum ex aſperitate ſylveſtris terræ an à flumine in ſeipſum deſcendente: atque etiam ſuccedunt Aræ Apollinis, & Matris Deûm, & brevi intervallo ad Pontum navigatio.

Poſt [1] Scletrinam exiſtunt [2] Milton promontorium nominatum à ſimilitudine coloris, atque contigua domus cujuſdam navarchi, & littus arduum directumque, & præcipitium ad ſolis ortum inclinatum. Circa autem ipſum eſt mare tæniis diſtinctum, & Fanum [3] cunctum contra frontem Fani Aſiatici ſitum. Ajunt hic [4] Jaſonem litaſſe duodecim Diis. Hæc fana ſunt oppidula juxta Ponti oſtium poſita. Eſt etiam templum Deæ Phrygiæ ſacrum, illuſtre, & publice cultum.

Poſt [5] hæc Chryſorrhoas fluvius per anguſtam & aditu difficilem vallem à tergo poſitam delabitur leni fluxu, arenam auro ſimilem deferens: circa hunc ſecturæ ſunt, & terræ foſſiones, & cuniculi acti ad ſcrutandas metallorum venas, antiquorum virorum opera ſcrutantium divitis terræ facultates. Paullo ultra fluvium ſunt nuncupata Chalcæa, locus vicinus mari fluctuoſo quidem, ſed tamen piſcoſo: nominatus eſt ab ære metallo. In ſummo vertice collis, ſecundum quem deſcendit Chryſorrhoas, exiſtit Timæa turris, admodum excelſa, circumſpecta, & permulto mari illuſtris, ad ſalutem navigantium excitata: utraque enim Ponti pars caret portubus naves excipientibus; nam maris inſedati & turbulenti littus longum in neutram continentem flexiones habet. Ex hac turre faces ardentes noctu ſublatæ perferebantur, rectæ viæ ad Ponti oſtium duces. At Barbari verarum facium fidem auferebant, prætendentes ex Salmydeſſi littoribus fraudulentas faces, ut in errorem nautas

ſtimat *Gyllius*, appellabatur Simæthas, à nobili meretrice Simætha; deinde, ut vulgus contrahere ſolet nomina, Simas. 1 Ex *Gyllio*, p. 150. 2 *Al.* Amilton. ſic *Μάρδοι* A-*μαρδοί*. nam vocales ſæpe in earundem vocum initiis nunc adſunt nunc abſunt. 3 *Forſan* Cunctorum Deorum. 4 Ita *Polybius* lib. IV. 5 Ex *Gyllio*, p. 152.

indu-

inducerent, in naufragiaque ſubducerent: ora enim maritima importuoſa eſt, & maris vadum ob exceſſum aquarum anchoris non firmum, & paratum his qui aberrarunt à recta via naufragium, ſignis veris confuſis cum falſis ſignificationibus. Jam vero lucernam exſtinxit tempus omnia conſumens, & turrim magna ex parte diſſolvit.

His [1] antè commemoratis locis proximus ſuccedit Phoſphorus locus, qui vel à Diana, vel à vicina antiqua Pharo cognomen traxit. huic adjunctum & continens longum littus; vocatum eſt Epheſiorum portus à multis navibus Epheſiorum huc appulſis.

Poſt [2] Epheſiorum portum eſt Aphrodyſium, formidabili tectum præcipitio. Poſt hunc locum portus eſt Lyciorum; is ſubarenoſum littus & ſterile habet, in parvo ambitu valde bonus & firmus, tutuſque eſt. Super hoc eſt Myrlæum, domicilium eorum, qui ob ſeditionem à Myrlæa in exſilium projecti huc ſolum verterunt.

Poſt [3] Myrlæum eſt Licnias, forſitan nominatus, ſive ex eo, quod ad ſimilitudinem cunarum concavus ſit, ſive ex eo, quia ſecundum imas ſuas partes undique ſuam projectam eminentiam dilatat. Apud hunc locum eſt collis ſaxeus nuncupatus Gypopolis, cognomen adeptus, ſive ab immanitate Thracica, & Barbara, agreſtique; ajunt enim hic habitaſſe Phineo Regi ſubjectos crudelitate plurima eminentes: ſive etiam appellatus eſt Gypopolis, ex eo, quod vultures frequentes apud hunc locum verſari gaudeant.

Paullo [4] ultra Gypopolim eſt petra Dotina nominata, non in magnam maris altitudinem abdita, neque ſupra aquam exſtans: naves in ipſam impinguntur. Petræ nomen ironia, diſſimulantiaque ridet navigantium ignorantiam. Δωπίνην vocant Dorienſes, ab aliis Græcis nominatam Περίχα.

Poſt [5] Dotinam petram exiſtit promontorium nuncupatum Panium, parallelum Cyaneis, *hoc eſt*, quaſi par & æmulum contra Cyaneas ſitum, intercedente medio ma-

1 Ex *Gyllio*, p. 154. 2 Ex 160. 4 Ex *Gyllio*, p. 168. 5 Ex *Gyllio*, p. 155. 3 Ex *Gyllio*, p. *Gyllio*, p. 170.

ris littore; in fine autem promontorii parvæ [1] Inſulæ, termini Pontici maris, à Continente diremptæ parvo maris ſpatio intermedio, quod perlevibus & perparvis navigiis permeari poteſt ob mare minime profundum: non [2] enim Boſporus directus, ſed continuus & parallelis promontoriis fractus; prævertunt enim & tanquam ſe invicem ſupplantant, & propemodum ſe decipiunt promontoria, prohibentia navigantes ulterius progredi. Unde mihi videntur Symplegades nominaſſe petras, quoniam navigantibus modo [3] aperiri modo claudi videntur, fallente aſpectu opinionem: id enim quod videtur finis, ſtatim principium eſſe apparet.

A Cyaneis ad Orientem multus Pontus patet in terminum aſpectu incomprehenſo, & non percepto oculis, vaſtum. Viſionis neſcio majorne voluptas, an admiratio. A meridie autem eſt promontorium claudens Pulchrum Ponti oſtium, & magnum pelagus & apertum aſtringens in fretum anguſtum. Ex Cyaneis Europæis trajicienti in Aſiam primum quidem eſt promontorium nuncupatum Ancyréum: ab hoc enim ajunt [4] lapideam anchoram acce-piſſe navigantes cum Jaſone vatis admonitu, eidemque promontorio nomen dediſſe Ancyréum.

Poſt [5] promontorium Ancyréum eſt Pyrgos Medeæ Colchidis, petra rotunda, in directum tumulum elata. Ultra Pyrgon Medeæ inſula exiſtit, quæ maris perturbati fluctibus obruitur: tranquillo mari manifeſta apparet. Hujus extremas partes & cacumina Cyaneas nominarunt, ne ſecundum Aſiam natura expers eſſet Inſularum, & tabula fide careret, tradens Cyaneas olim inter ſe concurriſſe, Symplegadeſque à re, quæ accidiſſet, nominatas eſſe: inde ſtationem firmam habere apud utramque Continentem ad

1 Ita etiam *Strabo*, minus proprie: quum nihil aliud ſint quam Petræ, ut eas ſemper appellant *Orpheus*, *Apollonius*, *Valerius Flaccus*, *Herodotus* &c. *Gyllius*. 2 Ex *Gyllio*, p. 174. 3 Quamobrem (ut inquit *Gyllius*) magis proprie Boſpori anfractibus convenit nomen Symplegadum & Planctarum quam Cyaneis, quæ traduntur inter ſe concurrere. 4 Ex *Gyllio*, p. 186. 5 Vide *Arriani* Periplum Ponti Eux. in *primo Vol. Geogr.* p. 9. 6 Ex *Gyllio*, p. 191.

vadum

vadum maris ſuis radicibus adnitentes fato, in utramque partem ſeparationis ſervantes fidem.

Poſt [1] Cyaneas eſt promontorium Coracium, & latum littus, cui nomen [2] Παντείχιον, ab exſtructione foſſarum, hunc locum ambientium.

Pantichium [3] Chelæ ſubſequuntur, quarum alteræ nominatæ à figura, alteræ ab aliis rebus appellantur. Poſt Chelas eſt nuncupatum Hieron, *hoc eſt*, fanum à Phrixo Nephelæ & Athamantis filio ædificatum, quum navigaret ad Colchos: à Byzantiis quidem poſſeſſum, ſed commune receptaculum omnium navigantium. Supra templum eſt murus in orbem procedens: in hoc eſt arx munita, quam Galatæ populati ſunt, ut alia pleraque Aſiæ. Poſſeſſio autem fani controverſa fuit, multis ipſam ſibi vendicantibus ad tempus mari imperantibus, ſed maxime omnium Chalcedonii hunc locum ſibi hereditarium aſſerere conabantur. Veruntamen poſſeſſio ſemper remanſit Byzantiis: olim quidem ob principatum & domeſticum robur; multis enim navibus mare poſſidebant: rurſus vero quum emiſſent à Callimede, Seleuci exercitus duce.

In Fano [4] ſtatua ærea eſt antiquæ artis, ætatem puerilem præ ſe ferens, tendens manus. Cauſſæ multæ afferuntur, cur hæc ſtatua ſit in hanc figuram conformata. Quidam ajunt audaciæ ſignum eſſe navigantium, deterrens temeritatem navigationis periculis plenam, atque oſtendens redeuntium ſalutis felicitatem & pietatem: non enim ſine terrore utrumque eſt. Alii dicunt puerum in littore errantem aliquanto poſt veniſſe, quam è portu navis ſoluta eſſet, ſalutiſque deſperatione affectum, manus ad cœlum tendere: pueri autem preces deum exaudientem reduxiſſe in portum. Alii ajunt in magna maris tranquillitate, omni vento ſilente, nave diu retardata, nautas inopia potus laboraſſe: navarcho au-

[1] Ex *Gyllio*, p. 196. [2] Pantichii meminit *Antoninus* in *Itin.* Locum in agro Chalcedonenſium Pantichion appellat *Sozomen.* in *Hiſt. Eccl.* l. 7. c. 21. Pantichion etiam in ſuburbiis Byzantii memorat *Procopius* de *Bello Gothico*, lib. 3. c. 35. [3] Ex *Gyllio*, p. 199. [4] Ex *Gyllio*, p. 206.

tem

Nomina [Locorum.]	Nomina Auctorum.	Long.	Latit.	Clima verum, Clima cognitum. (ſive Regio.)
Alhag'r	Kiyas	71 10	22 0	In initio ſecundi Climatis, In *Alyamamah.*
Alyamamah	Atwal	71 45	21 30	In initio ſecundi Climatis,
	Reſem			In *Albegiaz,* aliis
	Ibn Said	71 46	21 31	in *Alaroud,* quod verius eſt.
Merbat	Atwal	72 30	12 0	Extra primum Cl.
	Ibn Said	74 0	14 30	In *Alyaman.*
Alahſa	Atwal	73 30	22 0	In initio ſecundi Climatis, In *Albahrain.*
Alkatif	Kiyas	73 55	22 35	In ſecundo Clim. In *Albahrain.*

Sohar

الاسماء	اسما المنقول عنهم	الطول	العرض	الاقليم الحقيقي الاقليم العرفي
صُحار قصبة عمان	اطوال	عه ح	يط ك	
	قانون	عه ح	يط مه	من الاول
	ابن سعيد	فا	يط يو	من البحرين
	رسم	فب ل	يط مه	
اخر البَحْرين	اطوال	عه ك	كه مه	من الثاني من النهاية البحرين الشمالية
اخر بلاد مَهْرة	اطوال	عه ح	يو ح	من الاول من اليمن

Nomina Locorum.	Nomina Auctorum.	Long.		Latit.		Clima verum, Clima cognitum. (ſive Regio.)
Sohar Oppidum, ſive Arx Oman	Atwal	74	0	19	20	
	Kiyas	74	0	19	45	In primo Clim.
	Ibn Said	81	15	19	16	In *Albahrain.*
	Reſem	84	30	19	45	
Extremapars Albahrain	Atwal	74	20	25	45	In ſecundo Clim. In ultimis partibus *Albahrain* ſeptentrionem verſus.
Extremapars regionis Mahrah	Atwal	75	0	16	0	In primo Clim. In *Alyaman.*

Mecca

ومكة في واد بين جبال غير ذي زرع وبها
الكعبة في وسط المسجد الحرام والشهرة ذلك
تركنا وصفه ويقال لبطن مكة بكة [بالباء
الموحدة المفتوحة] قال في صحاح الجوهري وسمي
بطن مكة بكة لازدحام الناس فيه لانه من بكه
اي زحمه ويحيط بها سور وبالحرم بير زمزم وهي
البير المشهورة تجاه الكعبة وعليها قبة مبنية

ومدينة الرسول [صلي الله عليه وسلم] في
مستو من الارض وفي شمالها جبل احد وفي
جنوبها جبل ثبير وله نخيل كثير والغالب
علي ارضها السباخ وبها قبر رسول الله
[صلي الله عليه وسلم] ومسجده والي جانب
قبر رسول الله قبر ابي بكر [رضي الله
عنه]

Mecca in valle inter montes ſteriles ſita eſt. In ea eſt *Alkaabah* in medio templi *Alharam*, cujus deſcriptionem, quod notum ſit, omittimus. Vallis *Meccæ* appellatur *Bekkah* .... inquit *Algiawhary*, *Batn Meccah* nominatur *Bekkah*, propter frequentiam hominum ibi degentium. Nam *Bekkaho* ſignificat *Zahamaho*, *multitudine conferta eum preſſit*. Murus eam cingit. In *Alharam* eſt puteus *Zamzam*. (qui puteus eſt celebris ad *Alkaabah* adductus: ſuperque quem hemiſphærium erectum eſt.)

Medina prophetæ . . . in planitie jacet: a ſeptentrione ejus mons *Ohud*, ab auſtro mons *Thabir* aſſurgit: palmis abundat: Terra uliginoſa eſt, in qua ſepulchrum prophetæ . . . & templum ejus. A dextra ſepulchri prophetæ Dei eſt ſepulchrum *Abi Beker* (Deus ei ſit propitius)

عنه] وقبر عمر [رضي الله عنه] وعليها سور
من لبن ومن قري المدينة الربذه وبها قبر ابي ذر
الغفاري [رضي الله عنه] والربذه حيث الطول
سز ل والعرض كب وبالمدينة بير بضاء وذكره
في الاحاديث مشهورة وبها بير اريس التي سقط
فيها خاتم النبي [صلي الله عليه وسلم] من
يد عثمان بن عفان [رضي الله عنه] وجد في
طلبه فلم يجده

وايله كانت مدينة صغيرة وكان بها زرع
يسير وهي مدينة اليهود الذين جعل منهم القردة
والخنزير وهي علي ساحل بحر القلزم وعليها
طريق حجاج مصر وهي في زماننا برج وبها وال
من مصر وليس بها مزدرع وكان لها قلعة في
البحر.

propitius) eſt ſepulchrum *Omar* (Deus ei ſit propitius): Eam murus lateritius circumambit. E vicis *Almedinæ* eſt *Alrabdah*, in quo ſepulchrum *Aby Dur Alghafary* (Deus ei ſit propitius) *Alrabdah* longitudinem habet 67 graduum, & 30 minutorum, & latitudinem 24, 2. *Medinæ* eſt *Puteus* fortis, de quo rem memorabilem narrat auctor *Alhadiſh*: Ibi eſt, (inquit,) *Puteus* (dictus) *Aris*, in quem cum cecidiſſet *Annulus* Prophetæ . . . . de manu *Othman* filii *Ofan* (Deus ei ſit propitius), vetuit, ne requireret, neve illum inveniret.

Ailah urbs parva raris frugibus, Civitas Judæorum, qui in ſimias & porcos mutabantur. Littori maris *Alkolzum* adjacet; prope eam via ducitur, qua Religioſi Ægyptiorum [ad *Meccam*] incedunt. Noſtra tempeſtate turris eſt, in qua præfectus Ægyptius reſidet: nulla ibi arva: Arcem (olim) habuit in

mari,

البحر فابطلت ونقل الوالي الي البرج في الساحل

ومدين مدينة خراب علي بحر القلزم محاذية لتبوك علي نحو ست مراحل منها وبها البير التي استقي منها موسي لسايمة شعيب ومدين اسم القبيلة التي كان منها شعيب ثم سميت القرية بهم ويشهد به قوله تعالي والي مدين اخاهم شعيبا قال ابن سعيد ويكون عرض البحر عند ساحلها نحو مجري وفوق ذلك المكان مسامية القصير من الجانب الغربي

وتيما حصن اعمر من تبوك وبها نخيل ومن الكتاب العزيزي قال تيما حاضرة طي وبها الحصن المعروف بالابلق وينسب الي سمول بن عاديا الذي يقول فيه لنا جبل محتله من يجيره

mari, ſed, ea deſtructa, Præfectus in urbe juxta littus habitat.

Madyan, civitas diruta, ſuper mare *Alkolzum* ſita eſt, è regione *Tabuc*, à qua ſex fere dierum itinere diſtat. Ibi puteus ex quo *Moſes* pecora *Shoaib* adaquavit. *Madyan* etiam nomen tribus, unde *Shoaib* oriundus: Poſtea vicus ab eo nomen accepit. Cui *verbum Excelſi* teſtimonium præbet. Ad *Madyan* fratrem eorum *Shoaib*. Latitudo, (inquit *Ibn Said*) illic maris, eſt circiter centum millia paſſuum. E regione hujus loci eſt *Maſamiyah*, ad latus occidentale.

Taima caſtellum incolis frequentius quam *Tabuc*: in quo palmæ ſunt. E libro *Alaziz*, *Taima* (inquit) pertinet ad tribum *Tay*; Caſtellum ejus appellatur *Alablak*, nomen accepit à *Samuel Ibn Adiya*, de quo, inquit, nobis mons eſt, minus vero ait, qui afferat præcipitium

بحيرة منيع دون الطرف وهو كليل هو
الابلق الفرد الذي سار ذكره يغزو علي من
رامه ويطول

وتبوك بين الحجر وبين الشام وبها عين
ونخيل ويقال ان بها كان اصحاب الايكة الذين
بعث الله شعيبا اليهم ولم يكن شعيب منهم
وانما كان من اهل مدين قال في القانون
وتبوك في البر علي محاذات مدين اقول وتبوك
في الشرق ومدين في الغرب

قال ابن حوقل والحجر بين جبال علي يوم
من وادي القري اقول لم يحصل ذلك فان
بينهما اكثر من خمسة ايام قال وكانت ديار
ثمود الذين قال الله عنهم وثمود الذين جابوا
الصخر

ium ejus viſum perſtringere. Unica corona eſt *Alablak*, cujus fama celebratur; accedere cupientem decipit; longus eſt [in hujuſmodi ſermone.]

Tabuc eſt inter *Alhag'r*, & *Alſham*; in ea fons & palmæ. Ferunt ſocios *Alaikah*, ad quos Deus miſit *Shoaib*, hic vixiſſe. *Shoaib* non erat ex illis oriundus, ſed ex incolis *Madyan*. Ait auctor *Alkanun*, *Tabuc* eſſe in Continenti, eamque è diametro opponi *Madyan*. Dico *Tabuc* ad orientem eſſe & *Madyan* ad occaſum.

Alhag'r (inquit *Ibn Hawkal*) eſt inter montes, diſtans itinere unius diei à valle *Alkary*. Dico aliter ſe habere, nam inter utramque plus eſt quam iter quinque dierum. Erat, inquit, regio *Themudorum*, de quibus loquitur Deus, *Themudi*, *quibus petræ vallis reſponſum dederunt.*

الصخر بالوادي قال ورايت بتلك الجبال وما
نحت منها كما اخبر الله تعالي وينحتون من
الجبال بيوتا فرهين تلك الجبال الاثالب اقول
وهي التي ينزلها حجاج الشام وهي عن العلي
علي نصف مرحلة من جهة الشام وروي ان
رسول الله [صلي الله عليه وسلم] نهي عن شرب
مايها

وتدمر بليدة ببلدية الشام وهي من اعمال
حمص وهي في شرقي حمص وارض تدمر غالبها
سباخ وبها نخيل وزيتون وبها اثار عظيمة اوليه
من الاعمدة والصخور وهي عن حمص علي ثلثة
مراحل وكذلك هي عن سلمية ولها سور وقلعة
قال في العزيزي وبينها وبين دمشق تسعة وتسعون
ميلا

runt; Vidi, inquit, illos montes, & quod ex eis exciſum eſt: Quemadmodum dicit Deus excellus; *Exſciderunt ædes è montibus artificioſe.* Vocant eos montes *Alathaleb*. Sunt autem, (inquam) ii, per quos tranſeunt Religioſi *Damoſceni*; diſtantes ab *Alaly*, *Damaſcum* verſus, circiter dimidium ſtationis. Ferunt prophetam Dei . . . . prohibuiſſe, nequis aquam illorum montium biberet.

Tadmor urbs parva in deſerto *Syriæ*, ſub ditione *Hems*, orientalior quam *Hems*. Terra *Tadmor* maxime eſt uliginoſa: in ea ſunt palmæ & fici & multa rudera antiqua columnarum & lapidum. Diſtat ab *Hems* tribus fere ſtationibus; tantum etiam à *Salamiya*: murum habet & caſtellum; Inter eam, inquit auctor *Alazizy*, & *Damaſcum* quinquaginta novem milliaria.

ميلا ومن تدمر الي الرحبة مائة ميل وميلان

وهي بليدة بالقرب من المدينة وورد ذكرها في الحديث قال ابن سعيد والينبع بها عيون وخضر وحصن وهي منزل بني الحسن [رضي الله عنهم] ولها فرضة علي البحر علي مرحلة منها قال ابن حوقل وينبع حصن به نخيل وما وزرع وبها وقف العلي بن ابي طالب [كرم الله وجهه] بيد ولاة اولاده ويقرب ينبع جبل رضوي مطل عليها من شرقيها ومن رضوي يحمل حجر المسن الي ساير الاقطار وبينه وبين المدينة سبع مراحل

وخيبر لها نخيل كثير وهي بلد بني عنزة والخيبر بلغة اليهود الحصن وهي من جهة الشمال والشرق عن المدينة علي نحو ست مراحل قال الادريسي

milliaria, & à *Tadmor*, & *Alrabbah* centum & duo milliaria.

Alyanbo urbs parva vicina *Almedinæ*, cujus mentio facta eſt in dictis *Muhammedis*. In *Alyanbo*, inquit *Ibn Said*, fontes ſunt, & fructus, & caſtellum, ibique habitationes filiorum *Haſſani* (Deus ſit eis propitius) Portum habet ſuper mare itinere unius diei diſtantem. *Yanbo*, ſecundum *Ibn Hawkal*, caſtellum, in quo palmæ & aquæ & fruges. Illic commoratus eſt *Aly* filius *Aby Taleb* (Deus vultum ipſius honoravit) ibique filii ipſius dominati ſunt. Prope *Yanbo* eſt mons *Redway* ab oriente ejus eminens. E *Redway* in cæteras regiones portantur lapides molares: Inter montem & *Almedinam* ſunt ſeptem ſtationes.

Chaibar palmis abundat, & eſt terra filiorum *Anzah*. *Alchaibar* in Lingua Hebræa ſignificat caſtellum. Diſtat ab *Almedina*, inter ſeptentrionem & ortum, ferme ſex ſtationibus:

الادريسي وخيبر مدينة صغيرة كالحصن ذات
نخيل وزروع وكانت في صدر الاسلام دار البني
قريظة والنظير وكان بها السمول بن عاديا
ومنها الي المدينة اربع مراحل

والمهجم من اجل مدن اليمن وهي عن زبيد
ثلاثة ايام ولها جامعان وهي في مستو من الارض
من مدن التهايم وهي في الشمال والشرق عن
زبيد وهي عن صنعا ست مراحل قال الشريف
الادريسي من جملة مسافة طريق من عدن الي
مدينة المهجم ست مراحل ومن مدينة المهجم الي
مدينة خيوان خمسة وعشرون فرسخا

وزبيد قصبة التهايم وهي في مستو من الارض
عن البحر علي اقل من يوم وماوها ابار ولها
نخيل كثير وعليها سور وفيه ثمانية ابواب قال
البيروني

bus: *Chaibar*, inquit *Al Edriſi*, urbs parva, inſtar caſtelli muniti, palmis & frugibus fertilis. In initio Religionis *Muſlimicæ* ſedes erat filiorum *Koraitah*, & *Alnodair*. In ea *Alſamuel Ibn Adiya* habitavit: à *Medina* diſtat quatuor ſtationibus.

Almahgiam ex civitatibus celebrioribus *Alyaman*, diſtat à *Zabid* tres ſtationes: duo habet magna templa; in planitie ſita eſt, inter civitates regionis maritimæ: à *Zabid* jacet Septentrioni & Ortum obverſa: diſtat à *Sanaa* ſex ſtationibus. Ab *Aden*, inquit *Alſherif Aledriſy*, ad civitatem *Almaghiam* ſun[illegible] ſex ſ[illegible] tiones, & à civit[illegible] am ad civitatem *Chay*[illegible] quinque paraſangæ.

Zabid metropolis regionis maritimæ in planitie ſita, diſtat [illegible] mari paulo minus diei itinere; aqua ejus eſt ex puteis, palmis abundat; murum habet VIII portis patentem.

البيروني وهي فرضة زبيد موضع يسمى بعلافقة
وبينهما اربعون ميلا قال العزيزي ولها ساحل
يعرف بعلافقة وبينهما ١٥ عشر ميلا قال في كتاب
الاطوال وعلافقة حيث الطول سد والعرض يد له

وتعز في زماننا هذا هي مقر ملوك اليمن وهي
حصن في الجبال مطل علي التهايم واراضي زبيد
فوق تعز منتزه يقال له صهدد ساق الايه
صاحب اليمن المياه من الجبال التي فوقها
وبني فيها ابنية عظيمة في غاية الحسن في وسط
بستان هناك

وهو حصن في شمالي عدن في جبال اليمن
والدملوه خزانة صاحب اليمن قال ابن سعيد
وهي علي الجبل الممتد من الجنوب الي الشمال
ويضرب

patentem. Secundum *Albiruny*, portus eſt *Alyaman*; Portus vero *Zabid* eſt locus qui nominatur *Alafakah*, inter quæ ſunt XL milliaria. Dicit *Alazizy* ejus littus nomine *Alafakah* eſſe notu[illegible]r ea ſunt XV milliaria. [illegible]*i longitudinum*: *Ala-*[illegible] hab[illegible] longitudinem LXIV graduum, & latitudinem XIV gr. 15 min.

Tiz noſtra tempeſtate ſedes Regum *Alyaman*, eſt caſtellum in montibus excelſum, ſupra regionem maritimam, & terras *Zabid*. Supra *Tiz* eſt palatium amœnum, dictum *Sahadab*, ad quod rex *Alyaman* aquas è montibus, qui deſuper ſunt, adduxit, & illic magna & pulcherrima ædificia in medio horti conſtruxit.

[*Aldemlow*] caſtellum, ad ſeptentrionem *Aden*, in montibus *Alyaman*, eſtque *Gazophylacium* Regis *Alyaman*. Situm eſt, inquit *Ibn Said*, in monte ab Auſtro in ſeptentrionem exporrecto. Proverbium à munimenti

ويضرب بامتناعها وحصانتها لمثل وفي شماليها
تقع الحيرة وهي بليدة مشهورة في جادة
طريق الجبال .

والشرجة مينا على الساحل بيوتها اخصاص
وهي صغيرة قال الادريسي وبين الشرجة والحردة
مسيرة يوم [والحردة بكسر الحا وسكون الراء
وفتح الدال المهملات وفي اخرها هاء]

وجبلة بين عدن وصنعا في الجبال وهي على
نهرين ولذلك تسمى مدينة النهرين وهي محدثة
بناها الصليحيون لما استولوا على اليمن واما
اليمن فقد قال في اللباب [بفتح المثناة التحتية
والميم وفي اخرها نون] قال وينسب اليها يمني
ويماني قال وهي بلاد عريضة كبيرة وقال له
اليمن لانها يمين الارض كما ان الشام شمالي
الارض

menti illius robore deſumptum eſt. Ad ſeptentrionem ejus, *Alhirah* urbecula celebris, in medio viæ, quæ per montes incedit, ſita eſt.

Alſhargiah portus ſuper littus; ædificia ejus exigua, & conſtructa arundine. Inter *Alſhargiah*, *inquit Aledriſy*, & *Alhirdah* iter diei. . . . .

Gioblah, inter *Aden*, & *Sanaam*, in montibus ſita, ſuper duos fluvios: inde dicitur *Medina Alnahrain*: eſt[illegible] nu[illegible] exſtructa. Eam [illegible] *Alſalihiyuni* poſtquam [illegible] *aman* debellaverant. *Dic*[illegible] *ctor Allebab* . . . . . . terram latam eſſe, & magnam: dic[illegible]que *Alyaman*, quia eſt *Yamin Alard* [dextra terræ] quemadmodum *Syria* dicitur *Shamali Alard*

الارض قال بعض الثقاة جبلة عن تعز دون
يوم وهي عن تعز في الشرق بميلة يسيرة الي
الشمال

والجند شمالي تعز وما الجند في غاية
الوخامة وهي عن صنعا ثمانية واربعون فرسخا
وهي عن ظفار اربعة وعشرون فرسخا والجند قريب
من تعز وهو بلد وخم وهي علي نصف مرحلة
عن تعز قال الشريف الادريسي والجند بين
ذمار وبين زبيد وهو بلد جليل به مسجد جامع
لمعاذ بن جبل وغالب اهلها شيعة وبقرب الجند
وادي سحول ومنه يسير في صحاري الي جبل
فيه نحو الف قرية وعرض هذا الجبل احد وعشرون
فرسخا ومنه يسير في صحاري ورمال الي
مدينة زبيد

ذمار

Alard [læva pars terræ]. *Gioblah*, inquit, ſecundum nonnullos fide dignos, diſtat à *Tiz* minus itinere diei, ab oriente *Tiz* [illegible]ululum in ſeptentrionem ver[illegible] [illegible]ad eſt ad ſeptentrionem *Tiz*, Aqua ejus maxime inſalubris, diſtat à *Sanaa* XLVIII paraſangis, à *Dafar* XXIV paraſangis. *Algianad*, vicina *Tiz*, eſt regio inſalubris, diſtans circiter dimidium ſtationis à *Tiz*. *Gianad*, *inquit Alſherif Aledriſy*, eſt inter *Damar*, & *Zabid*, regio amœna: in ea templum auguſtum *Maad Ibn Giabal*: maxima pars incolarum ſunt ſectarii. Prope *Gianad* eſt Vallis *Saboul*: inde iter per campos ad montem, in quo ſunt mille vici. Latitudo hujus montis XXI paraſangarum: inde iter per campos, & arenas, ad Civitatem *Zabid*.

وذمار بلدة باليمن مشهورة وينسب
اليها قوم من اهل الرواية ولها ذكر في الاخبار
وهي عن صنعا ستة عشر فرسخا وعن ظفار
ثمانية فراسخ قال الادريسي وعلى يومين من
صنعا في الطريق الى ذمار جبل وثم مسجد
معاذ بن جبل

وحلي من اطراف اليمن من جهة الحجاز
قال الادريسي ومن اراد ان يركب البرية من
تهامة الى صنعا فانه يسير من السرين نحو ست
مراحل وبتلك الناحية مدينة حلي وتعرف
بحلي ابي يعقوب

وجدة فرضة مكة وهي على مرحلتين
منها على شط البحر وهي عامرة قال
الادريسي وجدة مرسى مكة وبينهما
اربعون

Damar civitas celebris in *Alyaman*: ab ea denominantur multi qui ſcripſere *dicta Prophetæ*: mentio etiam ejus fit *in hiſtoricis*: diſtat à *Sanaa* XVI paraſangis, & à *Dafar* VIII paraſangis: A *Sanaa*, inquit *Aledriſy*, circiter duas ſtationes, in via, qua tenditur ad *Damar*, mons eſt, deinde templum *Maad Ibn Giabal*.

Haly eſt ultima pars *Alyaman* verſus *Alhegiaz*. Qui cupit, *inquit Aledriſy*, tranſire per terram à *Tahamah*, ad *Samaah*, utique ille ibit ab *Alſerain* circiter ſex ſtationes: i[illegible] ga eſt civitas *Haly*, d[illegible] ab *Haly Ibn Jacob*.

Gioddah portus *Meccæ*, [illegible] ſtans ab ea duabus circiter ſtationibus, ſecundum littus maris, eſtque habitata. *Gioddah*, *inquit Aledriſy*, portus *Meccæ*, inter

اربعون ميلا وهي ميقات من قطع من جهة
عيذاب اليها

وظفار مدينة علي ساحل خور قد خرج من
البحر الجنوبي وطعن في البر في جهة الشمال
نحو ماية ميل وعلي طرف هذا الخور مدينة
ظفار ولا تخرج المراكب من ظفار في هذا الخور
الا بريح البر ويقلع منها في ~~الخور المذكور~~ الي
الهند وظفار قاعدة بلاد الشحر ويوجد في ارضها
كثير من نبت نبات الهند مثل النارجيل
والتنبل والشمالي ظفار رمال الاحقاف وبين ظفار
وبين صنعا اربعة وعشرون فرسخا وعن بعضهم ظفار
علي ساحل اليمن ولها بساتين علي شواتي
وظفار نحو قارة او اكثر بقليل

والسرين

inter eas ſunt XL milliaria: oratorium eſt eorum, qui tranſeunt ab *Aidab* ad *Medinam*.

Dafar civitas ſita ſuper littus [illegible] exeuntis è mari Au[illegible] fluentis in continen[illegible], ſeptentrionem verſus, cir[illegible]ter centum milliaria. In extremo receſſu hujus ſinus eſt civitas *Dafar*. Navigia è *Dafar* per ſinum hunc non feruntur, niſi ventus à terra ſpiret: Velificant à ſinu prædicto in Indiam. *Dafar* metropolis eſt terræ *Alſhagiar*: ibi plurimæ ex India plantæ reperiuntur, nempe nux muſcata, & cucurbita Indica. A ſeptentrione *Dafar* colles ſunt arenoſi. Inter *Dafar* & *Sanaam* XXIV paraſangæ. Quidam aiunt *Dafar* eſſe ſuper littus *Alyaman*, & Hortos illic eſſe communes. *Dafar* eſt inſtar *magni vici*, aut paulo major.

والسرين عن حلي تسعة عشر فرسخا وهي في
جهة الشمال عن حلي وقال في الباب وهي بليدة
عند جدة في نواحي مكة قال في العزيزي
والسرين مدينة علي ساحل البحر بينها وبين
مكة اربعة ايام كبار قال الادريسي وبالقرب
من السرين قرية يلملم وهي ميقات اهل
اليمن

ونجران بليدة بها نخيل وتشتمل علي احيا
من اليمن ويتخذ بها الادم وهي عي صنعا عشر
مراحل ونجران بين عدن وحضر موت في جبال
وبها اشجار وتسير من مكة الي نجران في
نحو عشرين يوما في طريق معتدل للابل بين
صنعا ومكة شرقي صعدة ونجران من بلاد همدان
بين قري ومداين وعماير ومياه

ويقال

Alſerrain diſtat ab *Haly* XIX paraſangis ſeptentrionem verſus. Urbs, *inquit Auctor Allebab*, parva, prope *Gioddah*, in partibus *Meccæ*. *Alſerrain*, *inquit Alazizy*, civitas eſt ſuper littus maris, inter eam, & *Meccam*, IV magnæ diætæ. Prope *Alſerrain*, inquit *Aledriſy*, eſt vicus *Yalamlam*, oratorium incolarum *Alyaman*.

Nag'ran urbs parva palmas habens, continet tribus *Alyaman*; inde coria efferuntur. Diſtat à *Sanaa* X ſtationes. *Nag'ran* ſita eſt inter *Aden*, & *Hadramaut*, in montibus arboriferis. Itur à *Mecca* ad *Nag'ran* viginti prope [illegible] in via plana cum camelis inter *Sanaam* & *Meccam*, ad orientem *Saadah*. *Nagra'n* pertinet ad *Hamadan*, & ſita eſt inter vicos, & urbes, & familjas, & aquas. * . . . .
. . . . . .

Aden

ويقال لها عدن ابين وهي على ساحل البحر
وهي بلدة حط واقلاع لمراكب الهند وهي بلدة
تجارة وهي يابسة قشفة [وابين بفتح الهمزة
وسكون البا الموحدة وفتح المثناة التحتية ثم نون
قال في المشترك وعن سيبويه بكسر الهمزة] في
الكتب ان طولها سو ل وعرضها يا قال في
المعرب ابين اسم رجل اضيف عدن اليه واما
عدن لاعة فبليدة في جبل صبر باليمن ايضا
ومنها اعني عدن لاعة كان ظهور دعاة الفاطميين .
خلفا مصر وعدن عن صنعا ثمانية وستون فرسخا
قال ابن حوقل بينهما ثلثة مراحل وعن بعض
المسافرين وعدن في ذيل جبل كالسور عليها
وتمامه سور الى البحر ولها باب الى البحر وباب
الى

* *Aden* appellatur *Aden Abyan*, ſita eſt ſuper littus maris: ad hanc urbem naves *Indicæ* appellunt, & inde vela ſolvunt. Urbs mercatorum, ſicca, & ſqualida. . . . . . *In libris Geographicis* longitudo ejus eſt LXVI gr. 30 m. & latitudo XI gr. *Abyan*, *inquit Almoareb*, nomen viri eſt, à quo *Aden* cognomen accepit. Verum *Aden-Laah* urbs etiam parva eſt montis *Saber* in *Alyaman*; ex ea, hoc eſt, ex *Aden-Laah*, fuit (prima) manifeſtatio Vocationis *Alfatiminonum* Califarum Ægypti. *Aden* diſtat à *Sanaa* LXVIII paraſangis. Inter eas, inquit *Ibn Hawkal*, tres ſtationes. Quidam peregre profecti ferunt *Aden* ſitam eſſe, in radice montis eam inſtar muri ambientis, urbis extrema pars muro ad mare clauditur. Portam habet mari adverſam, alteramque terræ, appellatam *Bab Alſaſiin*

الي البر يعارف بباب السافين والما العذب ينقل
اليها

وصنعا من اعظم مدن اليمن تشبه دمشق
لكثرة مياها واشجارها وهي شرقي عدن بشمال
في الجبال وهي معتدلة الهوي ويتقارب فيها
ساعات النهار الصيف وهي كانت كرسي ملوك
اليمن في القديم وبها طلل عظيم يعرف بغمدان
كان قصر ملوك اليمن قال ابن سعيد وبينها
وبين عدن مدينة جبلة قال في العزيزي مدينة
صنعا مدينة جليلة وهي قصبة اليمن وبها اسواق
قليلة ومساجد كثيرة

وهي قلعة فيها عدة قرايا ومياه تجري ونخيل
كثير وهي عن مكة مسيرة يوم وهي
علي طريق حجاج مصر والشام والنخل
المزارع

Alſafiin. Aqua dulcis illic derivatur.

Sanaa eſt è maximis civitatibus *Alyaman*: Similis *Damaſco* præ copia aquarum, & arborum: ſita inter montes, ab oriente *Aden*, inclinans in ſeptentrionem. Aer temperatus eſt: illic æquantur horæ brumales & æſtivæ. Sedes olim erat Regum *Alyaman*, tumulus ibi editus, nomen ejus *Gamdam*, ubi palatium Regum *Alyaman*. Inter eam, inquit *Ibn Said*, & *Aden*, eſt civitas *Giabbah*. Urbs *Sanaa*, inquit auctor *Alazizy*, urbs eſt ſpecioſa, eſtque metropolis *Alyaman*, in ea ſunt plateæ paucæ, & templa multa.

[*Batnmarr*] Regio multos vicos, & aquas fluentes, & palmas, continens: diſtat à *Mecca* itinere unius diei, juxta viam, qua peregrini religioſi *Ægypti*, & *Damaſci*, incedunt. Palmeta

المزارع متصل من بطن مر الي وادي نخل ومنها ومن الطايف تجلب الخضر والثمار الي مكة ومني تـرد الحجاج من بطن مر ويحملون المياه منه الي مني

وبين صعده وبين صنعا ستون فرسخا قال في القانون ويسمي بميل ويجلب منها الادم قال في العزيزي وصعده مدينه اهله عامرة وبها مدابغ الادم وجلـود البقر التي النعال وهي مخصبه ومنها الي الاعمشيه قرية عامرة خمسة وعسرون ميلا منها الي خيوان اربعة وعشرون ميلا

وبلاد خيوان تشتمل علي قري وزارع ومياه معمورة باهلها وبها اصناف من قبايل اليمن قال

ta, & arva continua ſunt, à *Batnmarr* ad vallem *Nachlah*; Inde, & ex *Altaif*, fructus, & dactyli, atque etiam eſculenta, ad *Meccam* exportantur. Cum aquæ exſiccantur in *Mecca*, & *Mony*. Peregrini eunt à *Batnmarr*, & inde aquam deferunt ad *Mony*.

Inter *Saadah*, & *Sanaam*, LX paraſangæ. Appellatur, *inquit auctor Alkanun* [*Saadah*] propter declivitatem: inde coria efferuntur. *Saadah*, *ſecundum auctorem Alazizy*, civitas incolis frequens, ubi in lacubus coriariis, pelles, & coria, ad calceos conficiendos, præparantur: locus fertilis eſt. Inde ad *Aldſhamiyah*, vicum habitatum, ſunt XXV millia paſſuum, atque inde ad *Chaiwan* XXIV milliaria.

Regio *Chaiwan* comprehendit vicos, & agros, & aquas incolis frequentes. In ea diverſæ ſunt familiæ [ſive tribus] *Alyaman.*

قال في العزيزي وخيوان طرف منازل بلاد بني
الضحاك من ال يعفر من اولاد التبابعه وماوها
السما قال الادريسي من خيوان الي صعده ستة
عشر فرسخا

والطايف بليدة كثيرة الفواكه وهي علي ظهر
جبل غزوان المذكور اروان وهي ابرد مكان
بالحجاز وربما جمد الماء في ذروة غزوان واكثر
ثمرها الزبيب وهي طيبة الهوى قالوا وسميت
تلك البقعة بالطايف لانها في طوفان نوح
انقطعت من الشام وطافت وحملها الماء واتفق انها
جلست في موضعها فاستمر بها فواكه الشام
ونحو ذلك فسميت الطايف وقال في المشترك
ونعمان [بفتح النون والعين المهملة] واد بين مكة
والطايف ويقال له نعمان الاراك

الفرع من المدينة علي اربعة ايام في جنوبها
وهو

man. Chaiwan, inquit auctor *Alazizy*, eſt terminus regionis filiorum *Alſdohac*, de familia *Yafar*, & filiis *Altababaah*. Aquæ ejus ſunt à pluviis. *Secundum Aledriſy*, à *Chaiwan* ad *Saadah* XVI paraſangæ.

Altaif urbs parva fructibus copioſa, ad auſtrum montis *Gazwan*. *Gazwan* locus frigidiſſimus totius *Alhegiaz*: ſæpe aqua congelaſcit in ſummitate *Gazwan*; maxima pars fructuum ipſius ſunt uvæ paſſæ; aer ibi ſalubris eſt. Tradit auctor *Almoſhtarec*, *Naaman* . . . inter *Meccam*, & *Altaif*; adeo appellatur *Naaman Alirac*.

Alfaraa diſtat à *Medina*, Auſtrum verſus, quatuos plus minus

وهو عنه قري اهله والطريق القريبة من المدينة
الي مكه انما هي علي الفرع ولكن لا يكاد يسلم
المار بها من قطاع الطريق قال الادريسي في كتابه
نزهه المشتاق ومن مخالف المدينة المنسوبة اليها
تيما ودومة الجندل والفرع ووادي القري ومدين
وخيبر وفدك

وجرش بلدة بها نخيل وتشتمل علي احيا من
اليمن ويتخذ بها الادم الكثير قال في العزيزي
وجرش بلدة صالحة حولها من شجر القرظ ما لا
يحصي وبها مدابغ كثيرة وعرضها ست عشرة
درجة قال الادريسي ومدينة جرش ومدينة نجران
متقاربتان في القري والعمارة ولهما مزارع وضياع
وبينهما ست مراحل

وبين

nus diætis; conſtat ex multis vicis habitatis. Via proxima ab *Almedina* ad *Meccam* eſt per *Alfarao*: verum vix poterit viator tuto incedere, præ latronibus viam infeſtantibus. Diverſoria proprie *Almedinæ*, *Inquit Aledriſy in libro, qui inſcribitur relaxatio animi curioſi*, ſunt, *Taima*, & *Dowmato' Igiandal*, & *Alfarao*, & *Wady Alkoray*, & *Madyan*, & *Chaibar*, & *Fadac*.

Giorash urbs palmas habens, continenſque familias (ſive tribus) *Alyaman*, multa inde coria exportantur. *Secundum auctorem Alazizy*, *Giorash* civitas elegans eſt, quam infinita copia arboris *Alkarad* incingit: multi ibi ſunt lacus coriarii, latitudo ejus XVI graduum. Urbs *Giorash*, *inquit Aledriſy*, & urbs *Nag'ran*, ſimiles ſunt quoad vicos, & familias (Arabum:) ambæ arva habent & ſata: diſtant à ſe invicem VI ſtationibus.

H Inter

وبين مارب وبين صنعا ثلث مراحل وقيل اربع
وهي خراب وكانت قاعدة تبابعة اليمن وهي في
اخر جبال حضر موت وبها كان السد وتسمي
مدينة سبا قال في المشترك [وسبا بفتح السين
المهملة والبا الموحدة ثم الف مقصورة مهموزة] قال
وهي مدينة مارب باليمن سميت باسم بانيها
سبا بن يشجب بن يعرب بن قحطان

وفيد بليدة بنجد علي منتصف طريق حجاج
العراق من الكوفة الي مكة قريب من سلمي
احد جبلي طي وبها يودع الحجاج بعض امتعتهم
وفيد عن الكوفة مائة وتسعة فراسخ قال في
العزيزي وفيد نصف طريق حجاج العراق قال
وبينها وبين الجبلين المعروفين بسلمي واجا
ستة

Inter *Marib*, & *Sanaam*, tres ſtationes; ferunt aliqui quatuor: nunc deſtructa eſt. Olim fuit metropolis *Tababaah Alyaman*, in ultimis montibus *Hadramaut*: ibi fuit *Alſad*, quæ appellatur civitas *Sabæ*. Auctor *Almoſhtaree* . . . . civitas *Marib*, in *Alyaman* appellatur nomine conditoris ipſius, *Sabæ* filii *Yoſhahab* filii *Yaarab* filii *Kohtan*.

Faid urbs parva in *Nag'd*, media via, qua Peregrini Religioſi *Alirac*, ab *Alkoufah* ad *Meccam* incedunt. Prope *Salamy* eſt unus è duobus montibus *Tay*, illic Peregrini nonnulla [ad iter ſuum ſpectantia] relinquunt. *Faid* diſtat ab *Alkoufah* centum & novem paraſangis. Secundum auctorem *Alazizy*, *Faid* eſt in media via peregrinorum *Alirac*: inter eam, & inter duos montes, quos appellant *Salamy*, & *Agam*, XXXVI milliaria:

ستة وثلاثون ميلا وهما جبلا طي وبين فيد وبين
الثعلبية وهي قرية وعليها سور وهي كثيرة
الماشية ثمانون ميل والثعلبية ثلث طريق حجاج
العراق وذكر في كتاب الاطوال طول الثعلبية
سح ل وعرضها يح ل

وشبام جبل منيع فيه قرى ومزارع كثيرة
وهو مشهور من جبال اليمن وفيه قلعة وشبام
قصبة حضرموت وبينها وبين صنعا احد وستون
فرسخا وقيل احدى عشرة مرحلة وبينها وبين
ذمار مرحلة واحدة [وحضرموت من الباب بفتح
الحا المهملة وفتح الضاد المعجمة وفتح الرا المهملة
وبعدها ميم وواو ساكنة وفي اخرها مثناة من
فوقها] قال في العزيزي في الجبل المذكور
سكان كثيرون وهو ممتنع من كل ناحية وهو
معدن

milliaria: ſuntque duo montes *Tay*. Inter *Faid*, & *Althoalabiyah* vicum muro incinctum frequentem, & copioſum, LXXX milliaria: *Alkhoalabiyah* eſt tertia pars viæ Peregrinorum *Alirac*. *In libro Longitudinum*, memoratur, longitudo *Althoalabiyah* LXVIII gr. XXX min. & latitudo ejus XVIII gr. XXX m.

Shebam mons difficilis aſcenſu, in quo multi vici & agri, celebris eſt inter montes *Alyaman*; in eo arx ædificata eſt: *Shebam* metropolis eſt *Hadramaut*: inter eam & *Sanaam*, LXI paraſangæ. Ferunt XI ſtationes: Inter eam vero *Damar* unam eſſe ſtationem .... In prædicto monte, inquit auctor *Alazizy*, multi ſunt incolæ. Undequaque difficulter aſcenditur, illic eſt lapidicina celebris ob lapides rubri coloris, alioſque

معدن الحجر المعروف بالعقيق الجزع قال الشريف الادريسي ومدينتا حضرموت احدهما تريم والاخري شبام وشبام حصن منيع اهل في جبل شبام قال وفي جبلها قري ومزارع ومياه جارية

قال في المشترك والحجر مدينة اليمامة ولها ذكر وتكون في طول اليمامة وعرضها وقال بعضهم انها عن اليمامة مسيرة يوم وليلة قال واليمامة والحجر بني حنيفة وبعض مصر وبحجر قبور الشهدا الذين قتلوا في حرب مسيلمة الكذاب في خلافة ابي بكر الصديق [رضي الله عنه] وحجر عن اليمامة في الغرب والشمال وبينهما نحو مرحلتين وقد ذكر في اللباب الحجر [بضم الحا

que nigro & candido commixtos. Tradit *Alſherif Aledriſy* duas eſſe urbes *Hadramaut*, unam *Tarſam* & alteram *Shebam*: *Shebam* vero eſſe caſtellum difficulter aſcenſu ſine incolis, in monte *Shebam*: ait in eo monte vicos eſſe & agros, & aquas fluentes.

Alhog'r, inquit auctor *Almoſhtarec*, urbs celebris eſt *Alyamamah*; in longitudine *Alyamamah*, ac latitudine ipſius. Quidam aiunt eam itinere diei & noctis ab *Alyamamah* diſtare. *Alyamamah* & *Alhog'r*, inquit, habitacula ſunt filiorum *Hanifah*. In *Hog'r* ſepulchra martyrum qui interfecti ſunt in prœlio *Moſailemæ* impoſtoris, ſub califatu *Aby Bekeri* Juſti (Deus ei ſit propitius.) *Hag'r* ſita eſt ab *Alyamamah* inter occidentem & ſeptentrionem; inter utramque ſunt circiter II ſtationes. Secundum auctorem

Allebab,

الحا المهملة وسكون الجيم] قال وهو موضع باليمن
ينسب اليها احمد بن عبد الله الهدلي الشاعر
الحجري

واليمامة مدينتها دون مدينة الرسول [صلي
الله عله وسلم] وهي اكثر نخيل من ساير
الحجاز قال في اللباب وهي مدينة بالبادية من
بلاد العوالى وبها كان بني مسليمة الكذاب
وهي بلاد بني حنيفة واليمامة عن بصرة ستة
عشرة مرحلة وعن الكوفة مثل ذلك واخبر من
راها في زماننا هذا ان بها اناسا وقليلة النخيل
قال ولها واد يسمي الخرج وهي اسفل الوادي
[والخرج بخا معجمة مفتوحة ورا مهملة ساكنة
وفي اخرها جيم] قال في الصحاح والخرج موضع
باليمامة واليمامة في سمت الشرق عن مكة وهي
في

Allebab, *Albog'r* . . . . . . locus eſt in *Alyaman*, à quo cognomen accepit *Ahmed* filius *Abdallah* *Alazly* poeta *Albog'ry*.

Alyamamab urbs minor *Medina* Prophetæ . . . . . magiſque palmis abundans, quam reliqua loca *Albegiaz*. Urbs eſt deſerti in regione montoſa. In ea ſunt filii *Moſailemæ* impoſtoris, eſtque terra filiorum *Hanifab*. *Alyamamab* diſtat ab *Albofrab* XVI ſtationes, & tantum ab *Alkafab*. Refert quidam, qui noſtra tempeſtate eam viderat, illic eſſe rudera habitationum, & paucas palmas. Vallem, inquit, habet denominatam *Alchar'g* valde depreſſam . . . . *Alchar'g*, inquit, *Alſabab*, locus eſt in *Alyamamab*. *Alyamamab* in *Semit* orientali à *Meca*, ſita eſt in planitie:

في مستو من الارض وبوادي اليمامة الخرج بها
عدة قرى وبها الحنطة والشعير كثير وبقرب
اليمامة عين ما متسعة وماوها يسرح

والحسا والقطيف شرقي اليمامة علي نحو اربع
مراحل قال في القانون واسم اليمامة في القديم
جو وهي بفتح الجيم

قال ابن سعيد وهي علي ساحل جون ظفار
وهي بليدة في الشرق والجنوب عن ظفار قال
الادريسي وبين مرباط وبين قبر هود [عليه السلام]
خمسة ايام وقال في كتابه نزهة المشتاق
وبجبال مدينة مرباط ينبت شجر اللبان ومنها
يجهز الي البلاد

وهي بليدة ذات نخيل كثيرة ومياه جارية
ومنابعها حارة شديدة الحرارة والاحسا
في

planitie: & in valle *Alyamamah* eſt *Alchar'g*: multos vicos habet, & frumentum & hordeum. Prope *Alyamamah* eſt fons aquæ.

Alahſa & *Alkatif* diſtant ab *Alyamamah* orientem verſus circiter IV ſtationes. *Alkanun*, nomen *Alyamamah* priſcis temporibus fuit *Giau*, cum *Fatha* ſuper *Gim*.

Merbat, inquit *Ibn Said*, eſt ſuper littus ſinus *Dafar*. Urbs parva inter orientem & auſtrum à *Dafar*. Secundum *Aledriſy* inter *Merbat* & ſepulchrum *Hud*, cui pax ſit, quinque ſunt ſtationes: in libro ipſius, qui inſcribitur *relaxatio animi curioſi*, inquit, in montibus urbis *Merbat* creſcunt arbores thuriferæ: thuſque inde in regiones alias exportatur.

[*Alahſa*] urbs eſt palmis & aquis fluentibus copioſa: fontes ejus valde calidi ſunt. *Alahſa*

في البرية وهي عن القطيف في الغرب بميلة الى
الجنوب على نحو مرحلتين ونخيلها بقدر غوطة
دمشق مستدير عليها قال في المشترك والاحسا
جمع احسي وهو رمل يغوص فيه الما حتى اذا
صار الى صلابة الارض امسكته فتحفر عنه العرب
وتستخرجه والاحسا علم لمواضع عن بلاد العرب
وهي احسا بني سعد عن هجر وهي دار القرامطة
بالبحرين وقيل احسا بني سعد غير احسا
القرامطة وليس للاحسا سور وبين الاحسا واليمامة
مسيرة اربعة الايام واهل الاحسا والقطيف يجلبون
التمر الى الخرج وادي اليمامة ويشترون بكل
راحلة من التمر راحلة من الحنطة

والقطيف بلدة بناحية الاحسا وهي على شط
بحر

lahſa eſt in diſerto, diſtatque ab *Alkatif* occidentem verſus, flectens in Auſtrum, duabus ſtationibus. Palmæ inſtar *Gautæ Damaſci* eam circumcingunt. Auctor *Almoſhtarec*; *Alahſa* eſt plurale *Haſa*, atque hæc eſt arena in quam aqua defluit ad terram uſque firmam, ibi ſubſidit: eam Arabes fodiunt, aquamque extrahunt. *Alahſa* nomen eſt locorum in terra *Alarab*: Sunt autem *Ahſa*, loca, filiorum *Saad* in *Hag'r*, & *Dar Alkaramutah* in *Albanarain*; dicuntur *Ahſa* filiorum *Said* non *Ahſa Alkaramatah*. *Ahſa* nullo muro ambitur. Inter *Alahſam* & *Alyamamah* iter eſt quatuor dierum. Incolæ *Alahſæ*, & *Alkatif* portant dactylos ad *Alchar'g* vallem *Alyamamah*, & commutant ſingulis modiis dactylorum, modium frumenti.

Alkatif urbs parva in tractu *Alahſæ*, ſuper littus maris Perſici:

بحر فارس ولها مغاص وهي في شرقي الاحسا
بشمال علي نحو مرحلتين ولها نخيل دون
نخيل الاحسا وعن بعض اهلها قال والقطيف
بسور وخندق ولها اربعة ابواب والبحر اذا مد
يصل الي سور القطيف واذا جزر ينكشف بعض
الارض والقطيف خور من البحر تدخل منه
المراكب الكبار الموسقة في حالة المد وتجزر
وبين القطيف والاحسا مسيرة يومين وبينها وبين
البصرة مسيرة ستة ايام وبينها وبين كاظمة
اربعة ايام وبينها وبين عمان مسيرة شهر والقطيف
قريب سلمية في القدر وهي اكبر من الاحسا

. وصحار بليدة خراب والمعمور اذمان هو عمان
وهي كثيرة النخل والفواكه وبلاد عمان
بلاد

fici: in ea eſt *Magas*, in orientali plaga *Alahſæ*, inclinans in ſeptentrionem, & diſtans circiter duas ſtationes: palmæ ejus minores ſunt palmis *Alahſæ*. A quibuſdam incolis ejus dicitur quod *Alkatif* murum habeat, & foſſam & quatuor portas; quodque mare, cum ſit acceſſus æſtus, fluat uſque ad mœnia *Alkatif*, & quando ſit receſſus, pars terræ detegâtur. *Alkatif* ſinum recipit è mari; in quem magnæ naves onerariæ, creſcente æſtu feruntur. Inter *Alkatif*, & *Alahſam*, iter duorum dierum, inter eam & *Alboſrah* ſex dierum, inter eam & *Kademah* quatuor dierum, inter eam & *Oman* iter unius menſis. *Alkatif* æquat *Selamiyam* magnitudine, & hæc major eſt quam *Alahſa*.

Sohar urbs parva, diruta: (pars) habitata, *Oman* palmis & fructibus copioſa. Terra *Oman*

بلاد حارة جدا قال في الصحاح وصحار قصبة
عمان مما يلي الجبل قال وتوام قصبة عمان مما
يلي الساحل وقال في اللباب وعمان علي البحر
تحت البصرة قال في العزيزي وعمان مدينة جليلة
بها مرسي السفن من السند والهند والصين
والزنج والقصبة بها اسمها صحار وليس علي بحر
فارس مدينة اجل منها واعمالها نحو ثلثماية
فرسخ وهي ديار الازد

والبحرين في ناحية نجد وهي كثيرة التمور
وهي ناحية علي شط بحر فارس وهي ديار
القرامطة ولها قري كثيرة وبلاد البحرين (هي)
هجر ونهايتها الشرقية الشمالية حيث الطول
والعرض المذكوران قال المشترك ونقله عن
الازهري

man valde calida eſt, *Secundum Alſabah*, *Sohar* metropolis eſt *Oman*, qua contigua eſt *Algiabal*. Eſt, inquit, *Wiwam* metropolis *Oman*, qua littus maris contingit. Auctor *Allebab*; *Oman* eſt ſuper mare, infra *Albosrah*, auctor *Alazizy*; *Oman* eſt civitas pulchra, in ea ſtatio navibus ab *Alſind*, & *Alhind*, & *Alſin*, & *Alzing*: nomen metropolis ejus *Sohar*: non eſt illa in mari Perſico urbs pulchrior. Ditio ipſius eſt CCC paraſangarum, eſtque regio *Alared*.

Albahrain in tractu *Nag'd*, plaga dactylis admodum fertilis, ſuper littus maris Perſici: hæc eſt regio *Alkaramatah*, multos habens vicos. Terra *Albahrain* eſt *Hagiar*; Pars ejus orientalis in boream vergens, eſt ubi longitudo & latitudo [ſupra] commemoratæ: inquit auctor *Almoſhtarec*, idque deſumpſit ab

الازهري انما سمّيت هجر بالبحرين بحجرة بها عند
الاحسا والبحر الملح [وهجر بفتح الهاء والجيم ثم را
مهملة] من الصحاح وينسب اليها هجري على غير
قياس ومن المشترك ايضا ان هجر يشتمل على
جميع البحرين كالشام والعراق وليس هو مدينة
بعينها

وبلاد مهرة ليس بها نخيل ولا زرع وانما
اموال اهلها الابل والسنتهم مستعجمة لا يكاد
يوقف عليها وينسب اليها النجب المفضلة ويحمل
منها اللبان الى الافاق وهي عن هجر ثلثون
يوما وهي باب البوادي وذكر في الصحاح ان
الابل المهرية منسوبة الى مهرة بن حمدان
ابي قبيلة

ذكر

Alazahary. Secundum *Alſahah* (*Algiawhary*) ab ea denominatur *Hagiary incommenſurabilis.* Auctor *Almoſhtarec*, etiam *Hagiar* nomen eſt totius *Albahrain*; quemadmodum *Alſham*, & *Alirac*, neque proprie eſt civitas.

In regione *Mahrah* neque palmæ neque fruges. Opes incolarum cameli, lingua eorum barbara; difficilis intellectu: inde denominantur cameli excellentes, & exinde thus in (alias) regiones defertur. Diſtat ab *Hagiar* xxx diætis, & hæc eſt *Bab Albawady*: Tradit *Alſahah* camelum *Almahrary* denominari à *Mahrah Ibn Hamdan Abi Fatilah.*

Deſcriptio

ذكر بحر فارس

وهو بحر ينبعث من بحر الهند شمالا بين
مكران وهي علي فم بحر فارس من شرقيه وقصبة
مكران تيز وهي حيث الطول ثلث وتسعون
والعرض اربع وعشرون درجة وخمس واربعون دقيقة
وبين عمان علي فم بحر فارس من غربيه حيث
الطول اربع وسعون والعرض تسع عشرة وخمس
واربعون دقيقة ثم يمين البحر علي ساحل عمان
ويمر شمالا حتي يبلغ عبادان حيث الطول
خمس واربعون ونصف والعرض احدي وثلثون فقط
تم.

Deſcriptio Maris Perſici.

Mare Perſicum fluit ex oceano Indico ad Septentrionem, inter *Mekran*, quæ ſita eſt ſuper oſtium Maris Perſici, ab oriente ipſius (ubi *Tiiz* caſtellum *Mekran* longitudinem nonaginta trium graduum obtinet, & latitudinem quatuor & viginti graduum, & quadraginta quinque minutorum) & inter *Oman*, quæ ſita eſt ſuper oſtium Maris Perſici ab occidente ipſius, ubi longitudo ſeptuaginta quatuor graduum, & latitudo undeviginti graduum, & quadraginta quinque minutorum. Deinde perſtringens littus *Oman* in Septentrionem extenditur, donec contingat *Abadan*, cujus longitudo ſeptuaginta quinque graduum & dimidii, & latitudo triginta ſolum, &

ثم يمتد من عبادان الي مهروبان مشرقا
بميلة يسيرة الي الجنوب وهي حيث
الطول ست وسبعون والعرض ثلثون ثم يمر الي
شينير حيث الطول ست وسبعون والعرض
ثنتان وثلثون فقط ثم يمتد جنوبا الي جنابة
حيث الطول سبع وسبعون وثلث والعرض
ثلثون فقط ثم يمتد الي سيف البحر وهو
ساحل بلاد فارس فيه مينا للحط والاقلاع وحو
اليها قري ثم يتجاوز سيف البحر ويمتد مشرقا
الي سيرف حيث الطول تسع وسبعون ونصف
والعرض تسع وعشرون ونصف ثم يمتد
علي جبال منقطعة ومغاور وياخذ مشرقا
الي حصن ابن عماره حيث الطول اربع
وثمانون

unius, Inde ab *Abadan*, ad *Mehruban* in ortum ſe effundit, paululum in Auſtrum flectens, ubi longitudo ſex & ſeptuaginta graduum, & latitudo triginta: inde ad *Shainir*, ubi longitudo ſeptuaginta ſex graduum, & latitudo triginta duorum, Inde in Auſtrum refluit ad *Gianabah*, cujus longitudo ſeptuaginta ſeptem graduum, & unius tertiæ, & latitudo exacte triginta graduum. Inde ad *Saif Albahr*, quod eſt littus Perſiæ, in quo portus eſt ad ſolvendas, & ſubducendas naves, & pagi in vicinia. Inde præteriens *Saif Albahr* in ortum pergit ad *Siraf*, ubi longitudo ſeptuaginta novem graduum, & dimidii, & latitudo novem & viginti, & dimidii: inde tranſit montes *Mankataah*, & *Mafawaz*, in Eoum inclinans, ad caſtellum *Ibn Omarah*, cujus longitudo quatuor ſolum & octoginta graduum,

وثمانون فقط والعرض ثلثون درجة وعشرون
دقيقة ثم يمتد مشرقا حتى يصل الي هرموز
وهي فرضة كرمان حيث الطول خمس
وثمانون والعرض ثلثون ثم يمتد جنوبا
ومشرقا الي ساحل مكران وقصبتها تيز
التي طولها وعرضها ما ذكر وهو صح والعرض
كد مه وعلي فم بحر فارس من بحر الهند
الدردور وهي ثلث جبال يقال لاحدها
كسير والاخر عوير والثالث ليس فيه خبر
وما البحر يدور هناك فاذا وقع فيه المركب
كسره هناك قالوا وهذه الجبال فارقة في
البحر ويظهر منها القليل قال الشريف الادريسي
المكان المسمي بالدردور وهو مجاني لهذين
الجبلين

duum, & latitudo triginta graduum, & viginti minutorum: Inde in orientem procedit donec attingat *Harmuz* emporium *Karman*, ubi longitudo octoginta quinque graduum, & latitudo triginta. Inde inter meridiem, & ortum pergit ad littus *Mekran*, & caſtellum ejus *Tiiz*, cujus longitudo & latitudo commemoratæ ſunt, illa ſcilicet nonaginta trium, & latitudo viginti quatuor graduum, & quadraginta quinque minutorum. Super oſtium Maris Perſici in mari Indico eſt *Aldordour*, hoc eſt, tres montes, è quibus unus nominatur *Kaſir*, alter *Awir*, tertius eſt *Anonymus*. Aqua maris illic vorticibus circumagitatur, & naves huc appellentes colliſæ franguntur. Ferunt hos montes á mari ſubmerſos, & faſtigia eorum ſolum eminere. Inquit *Alſherif Aledriſy*, locus, qui dicitur *Aldordour*, his montibus apponitur. In univerſo mari Eoo, & mari

الجبلين يقع في جميع البحر الشرقي وبحر فارس
المذكور المد والجزر في كل نهار وليلة مرتان
وهو ان يرتفع البحر نحو عشرة اذرع ثم يهبط حتي
يرجع الي مقداره الاول

mari Perſico prædicto, bis ſingulis diebus & noctibus fit acceſſus receſſuſque æſtus: creſcit mare circiter decem cubitos, totidemque decreſcit, priuſquam ad ſtatum priſtinum reducatur.

ذكر بحر القلزم

ولنبتدي بذكره من القلزم وهي بليدة علي
طرفه الشمالي حيث الطول اربع وخمسون وربع وقيل
ستّ وخمسون ونصف والعرض ثمان وعشرون وثلث
وياخذ البحر المذكور من القلزم جنوبا بميلة الي
المشرق حتي يصير عند القصير وهي فرضة
قوص حيث الطول تسع وخمسون
درجة

Deſcriptio Maris Alkolzum, *h. e. Maris Rubri.*

Deſcriptionem ipſius inchoabimus ab *Alkolzum* civitate parva in extima ejus ora boreali, ubi longitudo quinquaginta quatuor graduum, & unius quartæ partis (ſunt qui dicunt quinquaginta ſex graduum & dimidii) & latitudo duo de triginta, & unius tertiæ. Prædictum mare, ab *Alkolzum* in Auſtrum excurrit, nonnihil in orientem inclinans, donec attingat *Alkaſir*, portum videlicet *Kous*, ubi longitudo quinquaginta

درجة والعرض ست وعشرون ثم ياخذ جنوبا بميلة
يسيرة الي الغرب وذلك عند عيذاب حيث الطول
ثمان وخمسون درجة والعرض احدي وعشرون ثم
يمتد في سمت الجنوب من غير ميلة حتي يصير
عند سواكن وهي بليدة السودان حيث الطول
ايضا ثمان وخمسون درجة والعرض سبع عشرة ثم
يمتد جنوب حتي يحيط بجزيرة دهلك وهي قريبة
من ساحله الغربي حيث الطول احدي وستون
درجة والعرض اربع عشرة ثم يمتد علي سواحل
الحبشة جنوبا ويصل الي راس جبل المندب وهو
نهاية بحر القلزم الجنوبية عند فم بحر القلزم من
بحر الهند ويتقارب جبل المندب وبر عدن ويبقي
البحر بينهما ضيقا حتي يري الرجل صاحبه من
البحر.

quaginta novem graduum, & latitudo viginti ſex. Inde defertur ad meridiem, paululum ſe inflectens in occaſum circa *Aidab*, cujus longitudo quinquaginta octo graduum, & latitudo, unius & viginti, Inde directo limite in Auſtrum fluit ad *Sawakam*, civitatem parvam Nigritarum, ubi longitudo etiam quinquaginta octo graduum, & latitudo ſeptemdecim. Inde in Auſtrum pergens inſulam *Dahlac*, non longe ab occidentali littore remotam, circumdat: Cujus longitudo ſexaginta & unius graduum, latitudo quatuordecim. Inde in meridiem extenſum lambit Æthiopiæ littora, uſque ad promontorium *Almandab* (atque hic ultimus eſt ad Auſtrum maris rubri terminus) juxta oſtium per quod influit mare Indicum. Mons *Almandab*, & ſolitudines *Aden* admodum ſunt propinquã, fretoque adeo anguſto dirimuntur, ut poſſit vir virum

ex

البحر الاخر وهذا المضيق يسمي باب المندب
وحكي لي بعض المسافرين ان باب المندب
دون عدن وهو عنها في جهة الشمال بميلة
الي الغرب نحو مجرا وجبال المندب في بر
السودان وتري جبال المندب من جبال
عدن علي بعد وهو غاية ضيق البحر هناك
وعدن عن باب المندب في جهة الجنوب والشرق
فهذا ما علي جانب بحر القلزم من القلزم
الي المندب وهو الجانب الغربي لهذا البحر
ثم ننتقل الي البحر الاخر المقابل المندب
وهناك عدن فنقول ثم يمتد بحر القلزم
من عدن حيث الطول ست وستون
درجة والعرض احدي عشرة شمالا ويتجاوز
سواحل

ex altera parte proſpicere. Fauces hæ dicuntur *Bab Almandab*. A quibuſdam peregre profectis mihi narratum eſt, *Bab Almandab* infra *Aden* locari, & ab *Aden* diſtare, eundo inter Septentrionem & occaſum, quantum navis curſu diurno, & nocturno conficere poſſet. Montes *Almandab* ſunt in regione *Nigritarum*, & è montibus *Aden* longo tractu proſpiciuntur. Hicce loci fretum admodum eſt anguſtum. *Aden* ſita eſt à *Bab Almandab* inter Auſtrum, & orientem; & hæc ſunt quæ ſuper latus maris rubri occidentale ab *Alkolzum* ad *Almandab* (reperiuntur.) Tranſeamus jam ad terram, quæ ex altera parte monti *Almandab* obtenditur, & hæc eſt *Aden*. Dicimus mare rubrum in Septentrionem ferri ab *Aden*, cujus longitudo ſexaginta ſex graduum, & latitudo undecim, & inde circumvehi circum

سواحل اليمن حتي يتصل بحلي ابن يعقوب
في اواخر حدود اليمن حيث الطول سبع
وستون والعرض تسع عشرة ينقص عشر دقايق
ثم يمتد شمالا حتي يتصل بجده حيث الطول
ست وستون درجة والعرض احدي وعشرون ثم
يمتد شمالا بميلة يسيرة الي الغرب حتي يتصل
بالجحفة وهي ميقات اهل مصر حيث الطول خمس
وستون والعرض اثنتان وعشرون ثم يمتد شمالا
بميله الي الغرب حتي يتصل بالساحل ينبع حيث
الطول اربع وستون والعرض ست وعشرون ثم
ياخذ بين الغرب والشمال حتي يتجاوز مدين
يتصل بايلة حيث الطول خمس وخمسون والعرض
تسع وعشرون وقال في القانون ايلة حيث
الطول.

circum littora *Alyaman*, donec contingat extremas oras *Alyaman*, ubi longitudo ſexaginta ſeptem graduum, & latitudo novemdecim, minus decem minutis: Inde extendi in Septentrionem ad *Gioddah*, ubi longitudo ſexaginta ſex graduum, & latitudo unius & viginti: inde fluere ad Septentrionem nonnihil in occaſum vergens, ad *Algiahafah* manſionem Ægyptiorum, ubi longitudo ſexaginta quinque graduum, & latitudo viginti duorum: Inde pergere ad Boream aliquantulum in occidentem ſe incurvans, ad littus *Yanbaah*, ubi longitudo ſexaginta quatuor graduum, & latitudo viginti ſex: Inde inter occidentem & ſeptentrionem ire, donec, relicta *Madyan*, conjungatur *Ailah*, ubi longituno quinquaginta quinque, latitudo viginti novem. (Dicit *Almoſhtarec* in *Alkanun*, quod *Ailah* ſit

الطول ست وخمسون درجة واربعون
دقيقة والعرض ثمان وعشرون وخمسون
دقيقة ثم يرجع جنوبا الي الطور وهو
مكان حط واقلاع بين ذراعين من
البحر ثم يعود شمالا ويتصل بالقلزم عند
طول اربع وخمسين وهي غربي ايلة والعرضان
متقاربان من حيث ابتدانا والقلزم
وايلة علي ذراعين او لسانين من البحر
قد طعنا في البحر الشمالي وصار بين
اللسانين المذكورين للبر دخلة الي
الجنوب في البحر وفي تلك الدخلة الطور
حيث الطول نحو طول ايلة وعلي طرف
اللسان الشرقي ايلة وعلي طرف اللسان
الغربي

ubi longitudo quinquaginta ſex graduum, & quadraginta minutorum: & latitudo viginti octo (graduum) & quinquaginta minutorum.) Inde reflecti in Auſtrum ad *Altour* (*hoc eſt montem Sinæ*) qui prominens dirimit duo maris brachia: Inde in ſeptentrionem revertens, *Alkolzum* attingere, in longitudine quinquaginta quatuor (graduum:) ea ſita eſt ab occidente *Ailah*. Utriuſque latitudines ferme eædem ſunt. Atque hic initium fecimus. *Alkolzum* atque *Ailah* ſita ſunt ſuper duo brachia, ſive linguas maris, Jam perventum eſt in continentem borealem. Inter ſinus maris prædictos terra ſe inſinuat, ad Auſtrum vergens: qua ſe intromittit eſt. *Altour* (*hoc eſt, mons Sinæ*) cujus longitudo eadem ferme eſt cum longitudine *Ailah*: *Ailah* ſita eſt ſuper extremam linguæ orientalis

الغربي القلزم فايلة شرقي القلزم وفيما بين
القلزم وايلة الطور وهو جنوبي القلزم وايلة علي
راس الدخلة في البحر وبين الطور وبين بر
مصر بحر وهو اللسان الذي علي طرفه القلزم
وكذلك بين الطور وبين بحر الحجاز بحر
وهو اللسان الذي علي طرفه ايلة فمن الطور
الي كل من البرين في البحر قريب واما في
البحر فقية بعد لان المسافرين من الطور
يحتاج ان تستدير علي القلزم ان قصد
ديار مصر او يستدير علي ايلة ان
قصد الحجاز والطور جهة الشمالية
مكشوفة متصلة بالبحر وباقي ثلث جهاته
يحيط بها البحر وبحر القلزم المذكور اذا تجاوز
القصيرا

entalis, partem & *Alkolzum* ſuper extremam linguæ occidentalis; atque *Ailah* orientalior eſt quam *Alkolzum.* 'Id quod interjacet inter *Alkolzum*, & *Ailah* eſt mons *Altour*, qui auſtralior eſt quam *Alkolzum*, & *Ailah* eſt ſuper frontem promontorii in mare exporrecti: Inter *Altour* & terram *Ægypti* mare intercurrit. Et hæc eſt lingua (maris) ſuper cujus extimam partem ſita eſt *Alkolzum*; ſimiliter inter *Altour* & terram *Alhegiaz*, mare interjacet, & hæc eſt lingua ſuper cujus extimam partem *Ailah* ſita eſt: ab *Altour* ad utraſque terras (oppoſitas) iter (maritimum) breve eſt, longius per deſertum *Fakiyah*; quoniam peregrinantibus ab *Altour* neceſſe eſt, ut circumeant *Alkolzum*, ſi petant regionem *Ægypti*; aut extra *Ailah* incedant, ſi petant *Albegiaz*, *Altour* à parte ſeptentrionali continenti annectitur, tres reliquæ partes mari alluuntur. Mare *Alkolzum* prædictum cum paululum proceſſerit, utriuſque

ad

القصيرا تسع الي جهتي الجنوب والشرق حتي
يكون اتساعة سبعين ميلا وتسمي تلك
القطعة المتسعة بركة غرندل [بضم الغين
المعجمة والرا المهملة وسكون النون ثم دال
مهملتين ولام] "

ad Auſtrum & orientem expanditur, donec latitudinem obtinuerit ſeptuaginta millium paſſuum. Pars hæc latior appellatur *Barkah Gorandal.* . . . .

F I N I S.

Binæ Tabulæ
GEOGRAPHICÆ
UNA
NASSIR EDDINI
PERSÆ,
ALTERA
ULUG BEIGI
TATARI.

Opera, & Studio
JOHANNIS GRAVII.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO MDCCXI.

D. *EDOVARDO POCOCKIO,*

AMICO SUO CHARISSIMO,

ET

D. *THOMÆ GRAVIO,*

FRATRI SUO AMANTISSIMO:

Viris Clariſſimis, Doctiſſimis, & Linguarum Orientalium peritiſſimis:

Has binas Tabulas GEOGRAPHICAS;

ALTERAM

NASSIR EDDINI PERSÆ,

Philoſophi, & Mathematici, acutiſſimi:

ALTERAM

ULUG BEIGI TATARI,

Indiæ citra extraque Gangem Principis potentiſſimi,

Summo affectu

D. D.

JOHANNES GRAVIUS.

Lectori.

